I.C

LXV

Statuta Reformationes et Decreta à quam pluri-mis Romanis Pontificibus

Fuerunt concessa et approbata, nec non exemplariter Bullę SSmo̅. D.
N.D. Clemente viii. super Bono regimine emanata una cum alijs Refor=
mationib. et decretis factis et emanatis ab Illmis. DD. Superiorib. exemplatę et
copiatę per me Camillum D. Nelli Vanneij de Rampaccis de Terra Citernę.
diligenter ac fideliter scriptę et transumptata ex proprijs originalibus nil addens
vel minuens. Quę omnia sint ad laudem Onipotentis Dei et Beatę Virginis
Marię eius Matris. In quorum omnia et singulorum fidem ego Camillus
Rampaccius Notus. publicus Citernen. signum, nomenq. meum apposui consuetu
sub anno natiuitate anni Nri. Iesu Xpti. millesimo quingentesimo nonagesimo qui
nto indictione octaua sedente Clemente Octauo Pont. Optº. Maximo

Loco ✝ Sigilli.

Iv

Tabula primi libri Statutor. Terre Citerne super causis Ciuilibus.

Dè electione Dñi Vicarij ——— C. 2.
Dè modo citandi, et conquirendi ——— C. 3.
Dè modo citandi Heredes, uel minores ——— C. 4.
Qualiter procedatur contra contumaces ——— C. 5.
Qualiter procedatur si Reus uenerit ——— C. 6.
Qualiter procedatur si non reperiatur tenuta ——— C. 7.
Quod Vicarius teneatur petentib. dare Procuratm. C. 8.
Dè responsionib. super capitulis fien. ——— C. 9.
Dè cogendis Testibus. ——— C. 10.
Dè sequestrationib. fiendis. ——— C. 11.
Dè nouo opere faciendo ——— C. 12.
Quod non producatur ultra quinque testes ——— C. 13.
Dè etate filiorum probanda ——— C. 14.
Quod Vicarius possit dare tutores ——— C. 15.
Quod tutores, et curatores reddant ractinem administrationis. ——— C. 16.
Quod minor uiginti annorurum non possit se obbligare ——— C. 17.
Quod homines alterius comiterent fraudem in diuisione ——— C. 18.
Dè sententijs, preceptis, et pronunciationibus exequendis ——— C. 20.

II v

Dè tenutis concedendis — C. 21
Dè exbannitis pro debito rebanniendis — C. 22.
Quomodo procedat contra retinentes debitores C. 23.
Dè compromissis, et laudis — C. 24
Dè salario arbitrorum — C. 25
Dè executione Sententiaru. C. 26.
Dè precepto Quarantigie — C. 27.
Quantum accipiat Notarius Bancarum — C. 28.
Dè donationib. inter uiuos, et uenditione — C. 29.
Quod alienator alicuius teneatur ad defensio=
nem rei alienate — C. 30.
Dè eo qui uendiderit res duobus — C. 31.
Quod instrumenta uenditionis prò cassa ha=
beantur — C. 32.
Quod Vxor non admittatur ad defeensione bono=
rum Mariti — C. 33
Quod Vxor non possit se obligare sine con=
sensu Mariti — C. 34 –
De alienactionib. factis per uim, metu, uel pri=
uatam Carcerem — C. 35
Quod alimenta prestentur p. filios parentibus C. 36
Dè alimentis prestandis Mulieribus — C. 37
Quod pales. fideiussores conseruent indemnes C. 38
Qd. pales, et fideiussores comunis conseruent
indemnes — C. 39
Dè recollect. comunis conseruand. indemnes — C. 40

Quod creditores restituant debitorib instrumenta debiti cancellata — C 41
Dè petentibus debitum ante terminum — C 42
Dè petentibus debita soluta — C 43
Dè eo qui retinuerit aposturatum alterius — C 44
Quod Maritus lucretur dimidiam dotis Uxoris premorientis sine liberis — C 45
Dè minore qui recipit Dotem — C 46
Dè sucessionib ab intestato — C 47
Dè prescriptionib — C 48
Dè iuris cessione non recipienda à forense — C 49
Dè discordis diuertendis inter socios — C 50
Dè diuisonibus fiendis — C 51
Dè Arboribus comunibus diuidendis — C 52
Dè Arboribus predictis super terrenum alterius C 53
Dè Instris. reficiendis, et qualiter Instra. sumi ex rogitis Notariorum mortuorum, et quilibet possit habere copiam — C 54
Quod Dni Priores, Vicarius, et Cancelas. possint facere comparationem litterarum — C 55
Quod quilibet per se, uel per Procuratorem possit apellari — C 56
Dè Apellationibus — C 57
Dè modo, et ordine procedendi in appellationibus per Donos. Priores — C 58
Dè instantia appellationum ad Dnos Priores — C 59
Quod Vicarius coi. debeat exigere condemnationes suas, et predecessorum — C 60

III v

Dè modo petendi copiam alicuis Instri _____ C. 61
Dè modo respondendi positionibus _____ C. 63
Dè arbitrio Dni Vicary _____ C 62
Dè mercede scripturar. Notariorum _____ C 64
In quibus casibus appelari non liceat _____ C 65
Quod nullus forensis possit emere bona stabilia in comitatu Citernę _____ C 66.
Quod nullus forensis possit laborare cum Bobis in Comitatù Citernę _____ C 67
Dè represaglijs comittendis _____ + C 69
Dè represalijs tollendis _____ C 70
Quod creditor cedat iura debitori soluenti, ut. fideiussorem _____ C 71
Qualiter cogatur ad rem restituendę datam ad laborerium _____ C 72
Dè dando fideiussionem inter litigantes _____ C 73
Quod Prorēs. actores admrēs. teneanz. restituere bona principalium suorum _____ C 74
Quod nemo cogatur dare bestias aduecturam _____ C 75
Dè abreuiaturis Notariorum _____ C 76
Dè testamentis finiendis _____ C 77
Quod Mulieres non possint testari, sine consesu Consanguineorum _____ C 78
Si Maritus decesserit durante matrimonio, heredes restituant dotes, et alienata _____ C 79
Dè electione DD. Priorum _____ C 80
Dè iuramento dando Priorib, et alijs Officijs per Vicarium _____ C 81

Dè Officio Sintici Comunis — C 82
Dè Officio Cancellarij Comunis — C 83
Dè Camerario Comunis — C 84
Dè Camerario Pignorum — C 85
Dè Officialibus Abundantię — C 86
Dè Officio ratiocinatorum — C 87
Dè Sinticatoribus Dni. Vicarij — C 88
Dè pondere Marchij dando — C 89
Dè Sintecis maleficiorum — C 90
Dè Officio extimatorum — C 91
Dè Officio diffinitorum — C 92
Dè Officio uiatorum — C 93
Dè Catasterijs, et eorum Officio — C 94
Dè Datiarijs, et eorum Officio — C 95
Dè mercede Vicarij in exigendo gabellas — C 96
Dè modo, et ordine procedendi per Vicarium in causis Ciuilibus — C 97
Dè mercede Balitorum, et eorum Salario — C 98
Dè florenis, libris, solidis, et denaris quomodo intelligantur — C 99
Quod Notarius forensis non possit se rogare — C 100
Dè immunitate, et exentione Comis. in uendition. gabellarum — C 101
Dè Parlamento — C 102
Dè fornarijs, et eorum Officio — C 103
Dè electione Magistri Gramaticę — C 104
Dè Hospitale Comunis — C 105
Dè blado aliunde delaf.o — C 106
Dè uictualijs non uenden. ante oram nonę — C 107
Dè secreto non propalando — C 108
Dè fornaciarijs — C 109

IV v

Dè iuris cessione non recipienda à forense C° —

Quod Vicarius defendat Hospitalia Ecclesias Viduas et manuteneat uias, et pontes C 109

Dè muris impediendis uias publicas C 110

Dè confinibus terrę Citernę C 111

Dè mercede, et salario Laboratorum C 112

Quod Vicarius defendat Homines terrę Citernę C 113

Dè partito mittendo in Consilio Comunis C 114

Dè agrimensorib. et eorum Officio C 115

Dè amplitudine fluminum C 116

Quod Vicarius non commedat in Domo alicuius dè Citerna C 117

Dè beneficio Statutor. comunis solum iuuent Citernen. C 118

Infra quantum tempus debeat terminari questiones Horphanorom forensium C 119

Dè Predicatore eligendo C 120

Dè preceptis factis in confessione in iudicio C 121

Dè instantia causarum ciuilium C 122

Dè causis sumaryjs C 123

Qui ~~possun~~ Pocuratorem possunt costituere C 124

Dè debitorib. sospectis C 125

Qualiter cogantur creditores ad satisfactionem debitoris C 126

Dè Insrris et debitis occasione ludi C 127

Dè Procuratorib. petentibus C 128

Quod Vicarius non prestet patrocinium, uel consilium alicui C 129

Dè petito cosilio sapientis dando C 130

Quod non reddatur ius non solenti datia, et alios Pro=
uentus Comunis ______ C 131
Pena comparentib. per Procurat. cum non sit Prorem. ______ C 132
Quod consanguinei et affines possint ad defensam ad.
agendum interuenire ______ C 133
Dè iuramento prestando per Prorem. artis exercendo ______ C 134
Quod Protor. teneatur suum palem. conuenire ______ C 135
Quod Clerici non possint aduocare siue procurare ______ C 136
Quod Clerici, et forenses prestare debeant fideiusso=
res in causa ______ C 137
Quod nulla Mulier debitrix possit in palatio reti
neri ______ C 138
Dè causis Mercantilibus ______ C 139
Dè Ferys, et dies Feriati ______ C 140
Dè tempore, et imunitate nundinarum ______ C 141
Dè mercato fiendo in terra Citerne ______ C 142
Dè Laboratoribus ______ C 143
Dè fossatib. communib. fiendis ______ C 144
Dè debitoribus non capiendis in domo alterius, uel conducta C 144
Dè muro communi reficiendo ______ C 145
Quod detur uia non abentibus ______ C 146
Dè tutoribus dandis ______ C 147
Dè alimentis pupillorum ______ C 148
Dè iuramento ferendo Hebreis ______ C 149
Quod Hebrei portent O giallum ______ C 150
Qualiter Iudeus puniatur negans Chistiano rem
aliquam penes se habentem ______ C 151
Dè emancipationibus ______ C 152

I v

Dè noui operis nunptiatiane — C 153

Dè his qui possiderint alquam rem mobilem, uel imobilem, uel se mouentem — C 154

Dè male tractantib. Vxorem nurum, uel socram — C 155

Dè Muliere nupta forensi — C 156

Dè Instrumentis fictitÿs — C 157

Qualiter Heredes Defuncti teneant satisfare legata — C 158

Quod Heredes nō excludi possint ab habitatione Domus relicte mulieris in testamento — C 159

Qualiter hereditas aprehedat, et qualiter ab ea abstineat — C 160

Dè Vxuris — C 161

Dè fluminibus, et eorum confinibus — C 162

Dè applicatione penarum — C 163

Quod procedatur dè similibus ad similia — C 164

Quod Debitores introitus Comunis non possint habere officium — C 165

Dè ordine funeralium — C 166

Quod conuicini tractentur prout tractantur Citernen. à conuicinis — C 167

Quod nullus Artifex possit uendere, uel facere cartas, et taxillos — C 168

Dè Porcis granellosis — C 169

Dè Creditoribus Cōis — C 170

Quod nullum ius ematur per aliquem cōn. Comune — C 171

Quod consuetudo non preiudicet — C 172

Quod Laboratores forensium possint cogi prò Datÿs, et gabbellis impositis prò Comune — C 172

Quod Notarius bancarius tenetur registrare in septem dies, nec dimittere spatium C. 173
Dè bonis libellarijs C. 174
Quod concessionē factę dè bonis liuellarijs non possint reuocari C. 175
Quod nullum ius aquiratur in re, quà per alium possidetur C. 176
Dè modo restituendi res derubbatas apud alios inuentas C. 177
Dè applicatione penarum C. 178
Quod Religiosi teneant ad Datia in costrutione Murorum C. 179
Quod dè bonis deuenientib. alicui loco Ecclesiastico soluantur Datia C. 180

Tabula Secundi Libri Statutorum STtatutorum Terrę Citernę super causis Crim̃nalib.

Require sub pag. 85

Dè modo et ordine procedendi in Causis Criminalib. pag. 87 C. 1
Dè modo, et ōdine procedendi, coñ Citernenses, et forenses pag. 88 C. 2
Quod maleficia debent probari per duos testes. Pag. 0 C. 3
Quod testes producant cor. dño Vica.o et possint cogi P. 89. C. 4

Quod omnes iniurati possint facere accusas. pag. 89. Cap. 5.

Require in Tabula retroscripti dicti secundi Libri sub d.a pag. 85 ubi adest integra Tabula

Tertij Libri Extraordinariorum. Require Tabula sub pag. 116.

Sub pag. 116, adest Tabula super Gabella Carnium, et multorum Contractuum.

Postea adsunt, sub pag. 133 Reformationes super quarto uolumine Statutorum de gabellis content. in primo capitulo

Nuoui Capitoli sopra i danni fatti pag. 134

Sub pag. 137. adsunt Reformationes super quinto uolumine Statutorum super dannorum datorum.

Liber Sexus Reformationuum super pag. 148

Leges ordinate ab Ill.mo et R.mo D.no Vitellotio Cardinali de Vitellis Domino, et Patrono Terre Citerne inuiolabiliter obseruande per Comunitatem, et Homines d.e Terre

VII v

VIII v

IXv

XIV

Jhs. Maria Franciscus

Proemium

Hec sunt Statuta, siue Leges municipales Terre Citerne

De Primo principio omnibus Comunitatum est esse quibusdam clarius quibusdam obscurius inefabilis providentia et eterna recto ordine cuncta disponit, et spectator desuper eternus singulorumque actus fortune qualitate concernit bonis premia malis supplitia radio sue protectionis illuminat, sine cuius lumine omnia offuscantur caligine tenebrosa, et quia entia universi nolunt male disponi. Unus est ergo Princeps, ipse et angelus est dominus dominantium Rex Regum, Pacis ductor, ipse hominem ad immaginem, et similitudinem sue formauit, et rectitudinis eidem spiritum tribuens uestiuit intelligibile uirtute, et illustrata lumine intellectus agentis habituaretur speculatiuis, et praticis disciplinis, et omnes uoluit sub iuris ordine, et iustitie regula limitari sane cum humana natura semper habeat de nouo edere formas, et lites quotidie inter gentes oriantur in singularibus casibus emergentes et leges sacratissime, que constringunt hominum uitas, ut possint casibus prouidere sancitum est, ut particularia iura statuta, et Leges municipales pro uarietate locorum diuersimode statuantur; Idcirco Prudentes Viri ser Baptista Pauli mei, Franciscus Dotti Fanelli, Nannes Bartoli Pecorarij, Paulus Guidonis Bartolomei Floridi, Paulus Bergamaschi, Checcus Furij, et Siluester Sanctis Reguarelli omnes de Terra Citerne Statuarij assumpti, et electi per Consilium comunis Terre Citerne auctoritate Zis concessa, et attributa per dictum Consilium tempore egregi Viri ser Petri Pauli de Pacifurdis ciuis Castellani, pro Sancta Romana Ecclesia Commissarij dicte Terre Citerne dicto nomine infrascripta Capitola Leges, et Statuta pro utilitate Terre Citerne prefate decreuerunt, ordinauerunt prout in eis continentur. Post confirmationem per Summum Pontificem uel per alium ab eo potestatem habentem obseruari continue, et quousque aliter fuerint approbata, et confirmata per Sanctissimum Dominum nostrum Papam.

Deo gratias refero =

= Ego Hortensius Nicolutius Citernensis notarius Appostolica authoritate Creatus =

In Dei Nomine Amen, ad honorem, et reverentiam omnipotentis Dei, et eius Matris Mariæ Virginis gloriosæ, et gloriosi Sancti Angeli, qui est Caput, Protector, et defensor Communis, et populi Terræ Citernæ, omniumque Angelorum, Sanctorum Dei, et Celestis Curiæ. Ea sunt Leges, et Statuta municipalia facta, edita composita, et ordinata, à præfatis statutarijs, et hominibus electis modo, et forma temporibus prædictis, et infrascriptis sub regimine, et Gubernio Sanctissimi in Xpo. Patris, et D. N. domini Leonis diuina Prouidentia PP. X. sub Anno M. DXVIII indictione sexta, et de mense Januarij

De electione Dni. Vicarij Cap.o 1.

In primis statuimus, et ordinamus quod domini Priores Terræ Citernæ una cum Consilio hominum, et Sindico dictæ Terræ teneantur, et obligati sint eligere in principio eorum regiminis unum bonum, et idoneum Vicarium prò dicta eorum Terra prò semestre tantum cuius electio debeat confirmari per Breue SSmi. Dni. Nostri Papæ, uel aliquem alium superiorem super huiusmodi Terræ Citernæ potestatem habentem, alias, uel si dicta electio non fuerit confirmata non ualeat, qui Vicarius sic electus teneatur, et obligatus sit antequam admittatur ad Officium dicti Vicariatus facere plenam fidem à Segretaris SSmi. Dni. Nostri de solutione taxarum, alias non admittatur, ac etiam teneatur d. Vicarius ducere secum unum bonum, legalem, et sufficientem Notarium, qui Notarius ad minus exercuerit artem Notariatus per tres annos, cum plena fide suæ Communitatis. Item similiter dictus Vicarius teneatur, et obligatus sit in fine sui Officij, et post finitum tempus sui Officij stare ad sindicatum tribus dies, tam pro se, quam prò suo Notario, et reddere rationem gestorum suorum, qui etiam Vicarius teneatur, et obligatus sit in fine dicti sui Officij dimittere, et relaxare Communitati Terræ Citernæ prò sua retentione unum scoppietum bonum, et expertum, cum suis fornimentis ad usum scoppietti soliti, et consueti.

Item quod Camerarius Comunis teneatur, et obligatus sit retinere penes se de salario dicti Vicarij salarium duorum mensium ultimorum, et hoc donec, et quousque idem Vicarius fuerit condemnatus, siue absolutus à suo sindicatu, et quod salarium dicti Vicarij intelligatur, et sit florenorum sex monetæ Citernensis prò qualibet mense, qui soluantur et solui debeant dicto Vicario per Camerarium Comunis de mense, in mense prò rata temporis.

Item similiter dictus Vicarius & quindecim dies ante finem sui Officij tene-
atur, et obligatus sit extrahere omnes condamnationes de Libris Malefi-
ciorum sui temporis, et eas seriatim scribere in uno quinterno Cartæ bombicinæ re-
galis, et eas assignare d.o Camerario Comunis, et quod ipse Vicarius in in-
gressu sui Officij teneatur, et obligatus sit in manibus Cancellarij dicti
Comunis iurare de observando, et observare faciendo omnia statuta,
indulta, privilegia, reformationes, immunitates tam factas, quas fiendas
tam concessas, quam concedendas, tam à Summos Pontifices, quas à alios
superiores Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, et qui Camerarius dicti Communis
preexintis, teneatur, et obligatus sit dare, et consignare dicto Vica
rio in principio sui Officij duos Libros Cartæ bombicis Unum scilicet prò
Causis Civilibus, alter vero prò Criminalibus, et ad aliquid aliud non tene-
atur.

Item quod Vicarius Terræ Liberæ non possit se absentare à dicta Terra
vel Comitatus, nec permutarisi sine licentia Consilij dicti Comunis sub pœna
Librarum viginti quinque retraendam per Camerarium Comunis de suo salario
dè quà pœna non possit quoquo modo gratiari, et nichilominus non currat
ei salarium donec, et quousque fuerit absens à d.o Off.o Vicariatus pœna Ca-
merario si de suo salario non retinuerit Libras decem non obstante Licentia
Consilij sibi data Circa dicta in proximo precedenti Cap.o domini Reformato-
res detraxerunt illa ultima verba, Vid.t non obstante Licentia Consilij sibi
data, repugnantia, et implicantia contrarietate, cum precedentibus.

Dè modo Citandi et Conquirendi Cap.o 3.

Statuimus, et ordinamus q quicumque voluerit conqueri
de aliquo, debeat coram D.no Vicario per Baiulum communis una die
prò alia personam quam voluerit citare facere, vel requiri simpliciter
sine Cedula prò petitione fienda per Creditorem, usque ad quanti-
tatem Librarum decem, et ab inde supra citetur per Baiulum predi-
ctum dicti Comunis cum Cedula manu Vicarij, vel sui Notarij sub-
scripta una die prò alia, ut superius dictum est, continentem
In se nomen Creditoris, et debitoris ad cuius istantiam citetur cum no-
mi

2v

mine Baiuli per quem citari voluerit, et terminum in quo debeat comparere, quam Cedulam dictus Baiulus debeat portare, et relaxare citato, seu citando si personaliter ipsum inuenerit, alias ad Domum consuete habitationis suę, siue ad eius Casalinum si personaliter non inuenerit publicè, et aptè, quę requisitio Cedulę tenor, et relatio dicti Baiuli, et tenor Citationis, et relactionis scribantur in quaterno per Notarium bancarium, siue ex banchariis, et stetur, et credatur in prędictis sicut scriptum per dictum Notarium apparebit; Forenses uero in Ciuilibus Caussis citentur ad banchum Comunis, siue Palazij per Prorem. sono Tubę ex misso, cum affixione Cedulę in Porta Sti. Christofari in quà contineatur nomen Creditoris, et debitoris, et Baiuli, ut supra dictum est, qui citatus debeat comparere infra sex dies à die Citationis facte, et possit d. Dominus Vicarius, et eius Officialis, et quilibet ipsorum dare Licentiam detinendi debitorem, et tenutam dandi de bonis debitoris contra quos d. Vicarius extiterit pronunc. quam Licentiam debeat in actis scribere, et ualeat, et teneat, sicut si per Vicarium data esset; Quę citationes fiendę cum Cedula tantum habeant uim, et possit fieri petitio per Creditorem usque in quantitate Librarum uiginti quinque, ab inde uero supra petitio fieri debeat cum Libello, et si aliter factum fuerit, ut supra dictum est, non ualeat, nec teneat, et habeat et habere debeat dictus Vicarius prò petitione à decem Libris infra quatrenos tres in confessu alios quatrenos tres prò negazione, et ad decem Libris supra ut cap. sub Rubrica posito quarum accipiat Notarius Bancarius, et statim facta petitione per Creditorem teneatur soluere solidorum hoc modo, Vidt. Prò petitione, usque ad Libras uiginti quinque quatrenum unum prò qualibet Libra ab inde supra usque in Libris quinquaginta medium quatrenum prò qualibet Libra à quinquaginta supra unum quartum quatrenum usque in quacumque quantitate, et intelligatur semper de quantitate petita, et non alias, nec alio modo.

Quantum ad disposita in proximo prędecedenti Capitulo decreuerunt Capitsolida hoc modo Vidt. = Prò ~~petitione siue~~ petizione quantitatis, uel rei extimabilis ualentis usque in Libris Centum solui ut in dicto Capitulo, et fieri dinumeratione gradatim ab illa quantitate, et numero Centum supra fieri dinumeratione simpliciter et unite, aliter non attendendo q. plus soluat. petens libras sexaginta q. centum et uiginti; attendentes quod prò execuzione sen-

sen-

tentis tradite in rem iudicatam, et pro petitione talis executionis, et pro executione Laudi emologati tacite, vel expressè sive Instrumenti guarantigiati, caput solidi, ut supra solvantur, nisi alias fuissent soluta agendo ordinarie, exempli gratia, egimus con. aliquos, statim facta petitione, sunt soluti caput solida, deinde fit compromissum, laudant, Laudum transit in rem iudicatam, petitur executio illius Laudi, hoc casu noluerunt iterum caput solida solvi cum, sufficiat semel exsolvisse.

De modo Citandi Heredes, vel Minores. Cap.o 4.o

Ordinamus, et statuimus quod minores, et heredes citari, et requiri debeant cum Cedula in quacumque quantitate petenda contra ipsos, et modo, et forma contentis in supra proximo precedenti statuto dummodo habeant terminum in prima citatione duorum dierum ad minus, et si in dicta citatione fuerint contumaces, iterum citentur, et requirantur aliorum dierum cum Tuba in Palatio dicti comunis, et ad domum habitationis consuete, vel ad Casalinum, si domum habitationis non haberent, et si fuerint de Terra Ciberne, si dè Comitatu vel Forensis tantum in Palaxio, vel Platea Comunis, et predicta in precedenti Capitulo, tam supra proximo contenta non vendicent sibi locum, quod procedant secundum formam statutorum quarumcumque, in quò casu procedatur secundum quod in ipso capitulo continetur. Circa inserta in precedenti proximo Capitulo decreverunt illos minores esse, qui annum vigesimum non complerint et hos gaudere beneficio duplici termini voluerunt ad respondendum de iure, et in dicto Capitulo declarantes, heredes quoque gaudere beneficio eodem si, et quatenus citentur sub hoc nomine heredis, vel si sint minores ut supra, alioquin si sint vigesimum annum an: et citentur etiam nomine proprio voluerunt illos, ut ceteros citari, et comparere debere.

Qualiter procedatur contra Contumaces. Cap. 5o

Etiam statuimus, et ordinamus quod si Reus non venerit in termino reproductionis, procedatur per Vicarium ad petitionem Actoris contra Reum, vel reos, tanquam contra Contumaces ad pronunciationem, et tenutam dationem de bonis talis rei citati contra reum, et mensuram debiti declarati per Instrumentum, vel scripturas, vel sacramentum factum, vel denuo refalienz. coram Dno. Vicario. Primo de mobilibus, et semouentibus, secundo de immobilibus, tertio tam nominum, quam iurium, et actionum, et si fuerit de re mobili, et semouenti, teneatur Creditor per decem dies, sed si fuerit de re immobili per viginti dies currentes à die denunciationis per Baiulum factæ, qui eam fecerit domino, vel dominæ in persona, vel domui vel Casaleno, vel vicinantiæ, in quà consueuerit habitare et ipsa tenuta dat, et det mandati talis Vicarius contra eum ~~ad petitionem~~ prò tali debito causa pronunciationis factæ contra eum ad petitionem talis, Vicarius iuxta quem terminum decem dierum, vel viginti seu post quamcumque ante abiudicationem, vel venditionem faciendam dictæ tenutæ liceat Reo tenutam recuperare, si reficere voluerit expensas actori, et legitimam cautionem, et idoneum fideiussorem prestare de iudicio sisti, et iudicatum soluendo, et hoc acto, Vicarius faciat Reo tenutam suam restitui, et hoc locum habeat in debitis per Instrumentum declaratis vel testes, vel sacramentum, et si Reus contra quem data fuerit tenuta, non venerit refacturus expensas cum satisfactione prestita ab eodem detenta fuerit ipsa tenuta per decem dies vel viginti, teneatur Camerarius ad petitionem Actoris facere eam banniri per Tubatorem Comunis ad sonum tubæ tribus diebus, siue vicibus in Palatio, in Platea, tantum termino vero cuiuslibet banditionis sit trium dierum, et dicat ipse Tubator, quod siquis velit emere ipsam tenutam, vel aliquod opponere, vel dicere contra quare non vendatur, vel admittatur vel in solutum detur creditori veniat ider ad tertiam diem opponere vel cum traduere alioquin plus offerenti dabitur, vel in solutum dabitur, vel adiudicatur prò suo debito, et expensis: quod si nullus venerit oppositurus, aliquid contra eam teneatur Vicarius eam extimari facere per duos proximiores vicinos dictæ Rei

im=

immobilis si comode habere potuerit, et si commode habere non potuerit per sequentes conuicinos dictis proximioribus conuicinis facta pronunciatione per Vicarium proximiores habere non potuerint dare in tenutam dicto Creditori, si tenuta fuerit à decem libris et à decem uerò libris supra per quatuor extimatores proximiores dictę rei debeat extimari, si uero fuerit tenuta de rè mobili uel semouente extimetur per duos conuicinos eius cui quę data fuerit tenuta, et hoc acto teneatur Vicarius, si non fuerit in ea aliquid promissum procedatur nichilominus ad extimationes faciendas de ea, et secundum dictam extimationem, detracta terzia parte extimi, uendatur eidem promissori pro execut.re sui Baiulo comunis cum authoritate, et decreto Vicarij interponendo, et si nichil fuerit in ea promissum, uel promissor uoluerit eam recipere compellatur Creditor per Vicarium ad recipiendum dictam tenutam pro suo debito et expensis secundum modum superius dictum. Item sit licitum debitori quandocumque uoluerit in duos annos computandos à die iudicationis, uel uendictionis factę recipere dictam tenutam de re immobili, de mobili uerò uel semouente infra duos menses computandos ut supra fructibus uerò perceptis ex ea post adiudicationem, non computandorum post duos menses, uerò, uel duos annos, in casu prefato nullatenus audiatur, et habeat locum ad presentia preterita precedentia, et futura.

Quantum ad contenta in precedenti quinto Cap.o domini Reformatores decreuerunt quod illud quod dicitur in dicto Cap.o Vid.t licere Reo tenutam recuperare, et expensas reficere, et fideiussorem dare de iudicio sisti, et ità litigare procedat, quando in contumaciam rei tenuta concessa fuit, aliter non pleno probato legittime per actorem q. uera petita sint per eum in casu autem quo Actor non obstante rei contumacia institisset ad ulteriora procedi, et litem contestari, et sibi terminum assignari ad probandum, et probaret, et sententiam diffinitiuam obtineret citato semper Reo ad quelibet acta, tunc quia Rei absentia iudicis, et Rei presentia repleta censetur non licebit Reo ita contumacia, et conuictio post lapsum decem dierum datorum ad appellandum ordinario iure fideiubere, et expensas reficere grazia litigandi, sed bene poterit tenutam recuperare, satisffacto Creditore intelligatur integaliter, declarantes per expresse, quę debeant refici à contumacia, ut in

dicto

40

dicto Cap.o intelligatur de expensis alijs, et aliter factis q. in petitione cum petitio firma maneat, et iterum caput solidum solui non debeat.

Qualiter procedatur si Reus venerit Cap.o 6.o

Item statuimus, et ordinamus quod si citatus venerit in termino requisitionis offeratur ei Libellus, si ab eodem fuerit petitus, super quo Libello si fuerit porrectus à domino Vicario statim termino assignato trium dierum ad respondend. et eo elapso Lix contestetur per partes, uel per Vicarium pronunxietur Litem haberi pro contestata, et pro contestata habeatur, et si petitum fuerit de calumnia iuretur, et in causa procedatur ad sententiam ferendam saluis, et reseruatis omnibus exceptionibus dilatorijs declinatorijs et peremptorijs, et alijs quibuscumque etiam post litem contestatam opponi possint de quibus Vicarius simul usque ad finem cognoscere teneatur, et si Vicarius pronunciauerit diffinitiue super questionem principalem intelligatur lata sententia super exceptionib. declinatorijs dilatorijs quibuscumque oppositis, si uero contingat Vicarium super dilatorijs cognoscere, seu declinatorijs, et pronunciare non esse procedend. obstantibus exceptionibus, uel nullum esse processum q. saluum sit negotij principalis ius, et intactum remaneat, et idem intelligatur, et fiat quando Libellus porrigitur per Procuratorem qui Vicarius super tota Causa, uel super dilatorijs, et dilinatorijs diffinire debeat per unum mensem computand. à die contestationis Litis tantum, quo teneatur sententiam terminare, cuius Litis questionis dempto tempore duret instantia, quo elapso ipso iure sit nulla

Circa decreta in proximo precedenti Capitulo domini Reformatores declarauerunt quod illud quod dicitur in fine dicti Capituli Vid.t quod istantia taxarie de quibus ibi duret spatio unius mensis computandi à die Litis contestate debeat intelligi in Causis summarijs Vid.t uiginti quinque Librarum denariorum infra

infra, in causis verò viginti quodcumque librarum dena=riorum, et supra instantia durare voluerint spatio sexa=ginta dierum utilium incipiendorum à die litis contestatę, et ut se=quitur finiendorum, quam tunc contestatam censuerunt, quam expresse dictum fuit, vel quando assignatus sit terminus primus ad probandum, et non aliter, neque prius.

Qualiter procedatur, si non reperiretur tenuta Cap.o 7.o

Item statuimus, et ordinamus quod si tenuta non fuerit inuen=ta contra quem, vel quos facta fuerit aliqua pronunciatio requira=tur talis debitor ex parte Vicarij, per Baiulum comunis, qui inde ad secundam diem coram Domino Vicario compareat suum mobile ob=stensurus vel immobile, et venerit, et assignauerit, detur in tenuta credi=tori per mensuram debiti in pronunciatione contenti elapsis per ca=pitulum constitutus; et si non venerit, et non assignauerit suum mobile, vel immobile per mensuram debiti exbanniatur de Terra Citernę, et Co=mitatu à Pronem Comunis ad annum in debito, et expensis credi=tori, et in solidis viginti comuni, si non satisfecerit creditori inde ad tertiam diem à quo termino in antea teneatur Vica=rius cui petitum fuerit dictum exbannitum capi facere, et detine=re ad petitionem creditoris, quousque fuerit creditori de sorte, et expensis plenarie satisfactum, vel dato fideiussore de iudicio sisti, et iudicatum soluendo, refectis tamen expensis, et solutis Comuni solidis viginti denariorum.

Quod Vicarius teneatur petentibus dare Procuratores. Cap.o 8.o

Item statuimus, et ordinamus quod si quilibet, tam de Terra

Ci=

Citerne, quam de quocumque alio loco petierit sibi dari et consituti per Dominum Vicarium Procuratores, teneatur, et debeat D. d. Vicarius petenti dare procuratores depositis uel soluta competenti mercede, dummodo non sit eius consanguineus in primo, uel secundo gradu et de tali Procure Dominus Vicarius, uel eius Officialis non possit se rogare sub pena librarum decem retinendarum de suo salario per Camerarium Comunis pecunie.

Circa disposita in octauo Cap.° in quo disponit quod Notarius Actuarius non possit se rogare de procuris declarauerunt hoc procedere, et habere locum in procuris personarum non Litigantium coram eo, alias uoluerunt Notarius Actuarius se rogare posse, et de procuris, et ceteris dependentibus ex rogitu suorum actorum, tam causarum Ciuilium quam Criminalium, mandantes dicto Notario in actis, et actorum Libro tales rogitus derelinquere insertos, sub pena Librarum uiginti quinque denariorum.

De responsionib. super Capitulis fiendis. Cap.° 9.°

Statuimus, et ordinamus quod quando contigerit aliquem respondere super aliquibus Capitulis, siue positionibus, respondens teneatur respondere simpliciter sine aliqua obscuritate, alias habeatur pro non responso, et quod si pars que faceret positiones, uel Capitula uellet quod Procurator respondentis remoueatur à Vicarium, teneatur mandare tali Procri, et eum cogere, quod debeat eidem recedere sub pena eius arbitrio auferenda, et quod, quando aliquis interogaretur d. facto suo debeat statim respondere, si uero de facto alterius, debeat ei statui terminus ad deliberandum si petierit.

Quò ad statuta in nono Cap.° domini Reformatores declarauerunt, et decreuerunt, quod iussus, et monitus à Dno. Vicario, in iudicio, uel ab eius Of-

Officiali de respondendo positionibus per verbum credit, uel non credit, si uoluerunt simpliciter clare, et apte respondere talis ità non respondens, uel obscure respondens, habeatur prò confesso, et non prò non responso, ut dicit Capitulum, et talis positionis, et Capitula hàbeat in eius detrimentum prò confessatis, et hoc eodem modo declarauerunt Capitulum posit. in primo uolumine cap. Ciuilium sub nº 63. in illud caplm. de uerbo, ad uerbum disponat, ut istud.

Dè cogendis Testibus
Capº 10

Item statuimus, et ordinamus qualiter Vicarius teneatur omnes, et singulos homines, et personas sue iurisdictionis quos aliquis petierit q. in eorum curia, uel eorum officio qui non prohibentur testimonium phibere, compellere, et fratrem contra fratres non remoueat, consobrinum, con. consobrinus, nepos contra patruum, uel auunculum sed possit compelli, et in testes dari, si qua partium eos inducere uoluerint mediatores, et laudatores possit eodem modo in testes dari, si quà partium eos inducere uoluerint, et omnes illi qui amicabiliter causa aliqua habuerint diffinire si petitum fuerit possint, et debeant in testes recipi, et si quis fuerit requisitus, ut testimonium ueniat phibere Vicario non tulerit testimonium sibi ad terminum datum nisi iustam habuerit excusationem Vicarius ei auferat libras decem denariorum prò banno, et nichilominus eum cogat testimonium perhibere.

Dè sequestrationib. fiendis.
Capº 11.

Et etiam statuimus, et ordinamus quod d. Vicarius teneat. ad petitionem Creditoris sequestrari facere bona, res, et pecunias cuiuscumque debitoris suspecti ad petitionem Creditoris sui debitori, et si res sequestrate essent apud personas suspectas debeat ipsas res, et pecunias deponi facere apud idoneas personas, et fide dignas, et eidem percipere quod nemini det aut tradat dictas res sequestra-

tas

tas, nisi cum licentia d. Vicarij, usque ad cognitum ius ipsarum partium, sub pena librarum decem dno Rei sequestrare salvo, et reservato quod Liternensibus habentibus bona stabilia pro equivalentia debiti in territorio Liternensi nulla possit fieri sequestratio, et si debitori aliqua res per creditorem suum sequestrata fuerit, et d. debitor comparuerit coram dno Vicario citato creditore suo, et eidem bonum et sufficientem depositarium dederit de iudicio sixti, et iudicatum solvendo de omni eo quod de iure competerit debeat tunc dictus Vicarius dictum sequestrum annullare, et si quis sequestratus fuerit aliquam rem creditori suo debeat infra duodecim dies iuridicos à die sequestrationis debitum suum verificare, alias elapso d. termino sequestrum anulletur.

De nouo opere faciendo.
Cap.° 12

Ordinamus, et statuimus quod alicui facienti aliquod nouum opus sit, uel fuerit aliqua denuntiatio noui operis facta quod liceat sibi non obstante denuntiatione aliqua facta in opere statim precedere compellere, dummodo det denuntianti idoneum fideiussorem, uel ipsum dare non remaneat d. opere demoliendo si apareat iuste edificatum et hoc locum habeat etiam in operibus d.ta forma servata hec ratio factis ad preterita, presentia, et futura.

Quod non producat ultra quinq. testes.
Cap.° 13

Item statuimus, et ordinamus quod Vicarius non permittat aliquem inducere iudicare ultra quinque testes in aliquo articulo cause, quę coram ~~do~~ ferérit, nec in aliqua causa quoque vero voluerit aliquos testes inducere in aliqua causa, uel questione coram dno Vicario ad voluntatem ipsius teneatur prestare idoneam cautionem, uel raccoltam

de

de predictis testibus exibendis uel representandis cora[m] Dno. Vicario ad uoluntatem ipsius in Causa Criminali, et in causis ciuilibus sub pena quinquaginta Librarum pro quolibet Teste qui produceret; et etia[m] ipsi testes debeant idonee satisdare de se representando, tam cora[m] Vicar. quam arbitris, et arbitratoribus producerent, ~~et etiam ipsi testes debeant idonee satisdare de se representando, ut supra~~, si ab aliqua persona, siue partium petitum fuerit, et predicta locum habeat, et remaneat in prouisione Dni. Vicarij, et arbitrorum cora[m] quibus esset questio utrum ipsa satisdatio fieri, uel prestari debeat, nec non inspecta conditione facti, et qualitate persone, que produceret ipsos testes et testes inducti in iudicio non possint aliquid deponere nisi sint annorum decem, et octo, et si deponerent eorum dicta sint nullius ualoris = Circa contenta in Cap.o 13: domini Reformatores statuerunt quod illud quod deponitur ibi Vid.t ultra quinque testes produci non posse habere locum, et procedere q. super eodem Cap.o tm. producerentur secus aut. si sint diuersa Capla, et diuersa media, 13. ad id tendentia nam hoc casu deuenerunt etia[m] ultra quinque testes produci posse, et examinari debere, dumodo quatuor non excedant super depositione cuiuslibet Capituli, ne probationis facultas angustetur, quam conuenit ampliari.

Dè etatè filiorum probanda.
Cap.o 14.

Statuimus, et ordinamus quod etas filiorum probetur per sacramentum Patris, et matris, uel alterius eorum tm. si aliter probari non posset, uel Auium, uel Auam, uel alter ipsorum in dictis casibus dicimus etia[m] quod alteri parti contra quam etas probatur per Patrem, uel Matrem, Auum, uel Auam, seu aliter ipsorum Licet contra eos, uel eorum dicta per Testes probaretur maiorem per duos Testes idoneos, ad minus, et si probatum fuerit contra sagramentum Patris, uel matris, Aui, uel Auie seu alterius ipsorum debeat puniri, et condemnari per Vicarium, qui tale sacramentum fecit, in Libris quinquaginta denariorum nomine pene.

7v

Quod Vicarius possit dare tutores.
Cap.^o 15.

Item statuimus, et ordinamus quod Dominus Vicarius possit dare Tutores Curatores, et actores, et in emancipationib. et inventarijs à quibuscumque personis faciendis sua, et comunis Ciserne autoritatem, et decretum interponere predictis instrumentis, et quę per Vicarium in predictis, et quolibet^T iurisdictionem habentem facta essent, et aliter non valeant ullo modo, et quod Vicarius possit dare curatores ad causas adulto, et actores tutorib. et etiam in emancipationibus suam, et dicti comunis autoritatem interponere, ed decretum, et valeant, et teneant ac si facta fuissent coram Dno. Vicario, et possit d. Dominus Vicarius imponere banna, et multare quemlibet sibi inobedientem usque in viginti quinque solidis denariorum.

T istorum fierent valeant, et teneant, et si quemlibet

Quantum ad decreta in 15. Cap.^o domini Reformatores addiderunt quod Dominus Vicarius Terrę Ciserne ultra Balias in dicto Cappitulo concessam habeat, et merum, et mixtum imperium nec dm. simplicem iurisdictionem, et potestatem multandi Contumaces usque in solidos XL.^ta possit infra in Capitulo de arbitrio Dni Vicarij latius apparet, intelligentes Contumaces illos qui non in Causa Civili, vel Criminales contumaces sunt, nam contra taliter Contumaces procedi voluerunt ut iura, et statuta Cisernensia mandant, et disponunt.

Quod tutores, et cura. red.^r ration.^em admini.^is
Cap. 16.

Item statuimus, et ordinamus quod si quis est, vel fuerit Tutor alicuius, vel aliquorum pupilli, vel pupillorum Terrę Ciserne, vel eius districtus etia si aliquis Consanguineus, vel affinis peteret rationem administrationis bonorum, et rerum reddere teneatur. tunc dictus Tutor ei, vel eis qui petierint facere rationem administrationis

nis semel in anno, et preferatur Mater omnibus alijs adminis=
trationibus verum, et duo proximiores consanguinei ex parte Patris
intersint si voluerant, et si tutor predicta non fecerit in Libris XXV.
den. per Vicarium condemnetur; et nichilominus predicta facere tenea=
tur, et per Vicarium compellatur, non obstante aliqua prescriptione lon=
gi temporis, vel longissimi, et si inventus fuerit in aliquo pupillorum
fraudem comisisse à tutela, removeatur, et detur prime matri
cui primo aufertur, si extat, et erat de iure, et etatis legime, et
etiam si recipere voluerit, et si accipere noluerit tunc detur
proximo consanguineo, vel parenti, qui erit magis conveniens et
utilis ad tutelam, et ille qui fuerit tutor, vel tutrix teneatur reddere
rationem administrationis consanguineis Patris, vel matris, et
idem intelligatur in consanguineis, qui essent tutores, et Vica=
rius teneatur facere observari, et fieri facere quod petitur à predi=
ctis, et dictum tutorem, vel tutores cogere ad faciendum dare inventa=
rium exemplatum per dictis, vel aliis eorum qui peterent infra unum
mensem porque petitre fuerit expensas pupilli, quod si tutrix, vel
tutor predicta non servaverint, Vicarius condemnet: ut supra, et ni=
chil ominus fieri faciant predicta teneatur, et tutor, vel tutrix in=
ventarium reddere pupillis, vel adultis, et rationem ut superius
dictum est, et reliqua restituere infra octo dies post redditam
rationem à tutore, sive à tutoribus sibi reddita tutori sive tu=
toribus plenissimam finitionem, quietationem, et pactum de
ulterius non petendo facere ad petitionem tutoris, vel tutorum
vel heredum eorum omnibus expensis ipsorum infra tertiam diem
post redditam rationem, et si contrafecerint, vel cessarent ipsi
pupilli, vel adulti, Vicarius tunc teneatur cogere cum effectu tales
pupillos, vel adultos predictos omnia observare, et observari facere,
et si Vicarius predicta omnia fieri non fecerit, et adimpleri per=
dat de suo salario Libras viginti quatuor denariorum, et predicta
pena applicetur dictis tutoribus, et si casu fortuito ~~ex~~ discor=
dia habitantium in Terra Ciserna exercere non possit, seu non
potuit tutor tutelam non teneatur tutor velut ad eos spectet
periculum administrationis non facte, et non gestae. Item quod
tutores teneantur facere inventarium infra tempora à iure con=
stituta, cum omnibus bonis, et rebus pupillorum nisi fuerit re=
mis=

[Margin:] I et si non fecerit Vic. inferat dict. Bannum et nichil omi=
nus predicta facere te=
neantur. et pupilli vel adulti post
dictam rationem à tutore si=
ve à tutoribus sibi redditam
tutoribus sibi redditam ^

ramiſsus specialiter à Testatore pena librarum viginti quinque denariorum, et idem intelligatur in omnibus Curatoribus ad negocia, et quod nullus Tutor, vel Curator ad negocia durante tempore eorum administrationis, vel etiã post audeat, vel presumat disponare vel maritare aliquas pupillas vel adultam alicui adulto vel pupillo dare aliquas uxores, vel sponsas sine presentia, consensu duorum proximiorum consanguineorum antequam reddat rationem administrationis suæ, et liberatus, et absolutus fuerit à sua administracione, et si tutor, vel Curator maritauerit, vel disponsauerit, aut uxores, vel sponsas dederit, aut concesserit, aut operatus fuerit pupillas, vel adultam ante reditam rationem administrationis, et absolucionem, et liberationem dictæ administrationis maritaratur, aut pupillus, et adultus uxores accepisset condemnetur in libris quingentis denariorum.

Quod minor XX. annis non possit se obbigᵣₑ. Capº. 17

Statuimus, et ordinamus, quod nullus minor viginti annis sine presentia, et consensu duorum suorum consanguineorum possit se obligare in aliquo contractu, vel obbligatione, et si contra fecerit, contractus non ualeat, nec obbligatio ipso iure, et predicta locum non habeant in contractibus matrimonialibus, dotalibus, sponsalitijs, vel pacis in quibus obbligare possint pro libito voluntatis, dum tantum existant maiores quatuordecim annis, et si duo ex consanguineis non reperientur, tunc cum presentia duorum proximiorum consanguineorum.

Quod Homines alterius comit. faudemᵃᵗ in diuisione Capº. 18.

Item statuimus, et ordinamus, quod si aliquis peruenerit ad diui-

rio.

sione cum domino suo, et assignando res suas fraudes commisserit, uel alienauerit, ~~cum dn̄o suo, et assignando res suas fraudes commisserit, uel alienauerit~~, aliquid in fraudem habeat dnus Ius probandi fraudes per testes in annum post diuisionem factam, et si probauerit homino aliquid subtraxisse, et inde assignasse, seu alienasse, teneatur ipse illud totum quod subtraxerit, uel alienauerit dn̄o restituere, et hoc Capitulum tenetur Vicarius poni facere d. costitutione in costitutionem

Quo ad senectum in 18. Capitulo decreuerunt quod contra Personas de quibus in d.º Capitolo fraudes comittentes, ne dum infra annum à die factæ diuisionis agi ualeat, et etiam infra decennium, quod locus unius anni posuerunt in odium fraudantium, et dolosorum hominum cum fraus, et dolus alicui patrocinari non debeat, sed magis obesse.

De preceptis sententijs, et pronunciationib. exequendis Cap.º 10.

Ordinamus etiam, et statuimus, quod omnes sententias, præcepta, et pronunciationes latas per prætentos, presentes Officiales Comunis, et quemlibet ipsorum prò creditoribus post lapsum decem dierum computandorum à tempore probationis ipsarum, seu ipsorum, Vicarius exequatur de facto realiter tantum à decem Libris infra, à decem uero Libris supra realiter, et personaliter tam tempore exemptores in decem dies postquam petitus fuerit, quod prædicta faciat, dummodo non pendeat ꝑ appellationem, uel petitionem restitutiones in integrum uel nullitatis si in rem iudicatam transiuerit, et quoties Vicarius prædicta facere recusauerit, toties de ipso feudo perdat Libras XXV. denariorum, in quibus ad petitione cuiuslibet Sindacus Communis condemnare uideat: et condemnationes exigere prò Comuni, et sequatur ea diebus feriatis, et non feriatis, ut dictum est, et prædicta locum habeat in masculis, et feminis, ad preterita presentia, et futura.

De tenutis concedendis.
Cap.o 21.

Ac etiam statuimus, et ordinamus quod cuilibet de dicta Terra Civerne detur tenuta libera, et expedita, forensi vero nulla tenuta rei mobilis detur expedita contra aliquem Civernensem vel Comitatensem usque ad venditionem faciendam de dicta tenuta, vel adiudicatione ipsius, sed apud idoneam personam de dicta Terra Civerne, vel Comitatu ad petitionem creditoris forensis mandato D. Vicarij deponatur, et ille apud quem res deposita fuerit teneatur et debeat dictam rem depositam ad petitionem creditoris facta venditione restituere, et integraliter reassignare tali creditori, et de dicta depositione credatur Baiulo cum uno teste plene probante, ~~Et~~ quod si tenuta datur alicui rei mobilis, vel immobilis alicui creditori, credatur relatione Baiuli, que scripta reponatur in actis, et presumatur dicta tenuta merito concessa.

Quomodo procedat. contra reiuen. debitores
Cap.o 22.

Statuimus, et ordinamus quod si aliqua persona de Terra Civerne vel eius Comitatu deberet dare aliquod alicui persone, et si fuerit citatus, et non venerit ad terminum sibi assignatum, vel datum satisfaciat creditori quod debet, requiratur mandati Dni. Vicarij, vel Baiuli Comunis, et satisfaciat creditori ad terminum sibi assignatum, et si non satisfecerit creditori requiratur Villa in qua morabatur debitor et se receptat ~~ss~~ quod non esset ei facile facere, et detineri, et sibi facere satisfieri, et precipiatur universitati dicte Ville, quod talem debitorem non permittat stare vel abitare in tali loco, et si contra fecerit, Vicarius teneatur eos facere exbannire quousque creditor fuerit satisfactus de dannis, sorte, expensis, et interesse, et teneatur Vicarius dicto creditori dare auxilium, et favorem ad predicta, si creditor voluerit, et hoc locum habeat in omni contractu facto inter

ho-

homines de Terra Liternę, et quod si universitas dictę Villę contrafecerit, teneatur Vicarius talem Universitatem eam compellere ad satisfaciendum debitum Creditorum, et expensas, uel debitum ad petitionem creditoris consignare.

Dè exbannitis p debito rebanniendis Cap.o 23

Etiam statuimus, et ordinamus, quod si aliqua persona fuerit exbannita prò debito, et satisfecerit debitum prò quò fuerit exbannita ad eius petitionem debeat rebanniri, et prò rebannita habeatur creditori debito suo satisfacto, d. cuius debiti solutione stetur in hac parte sacramento Creditoris, qui talem personam fecerit exbannire.

Dè compromissis, et laudis Cap.o 24

Item supradicti Dni reformatores attendentes qualiter in primo Volum. Statut. cart. ciuilium inserta sunt duo Capitula, unum sub num.o Cap.o 24, aliud sub num.o Cap. 68, quę capitula inculcant implicantque varietatem, et discordantiam compromissorum, et laudorum et talis materię. Propterea ut euitetur occasio litigandi, et disputandi intendentes dicta duo Capitula, et in eis contenta, et Compromissorum, et laudorum materiam in unam redigere consonantiam dicta duo Capitula in supradto. uolumine inserta cassauerunt, et anullauerunt mandantes una compromissa, et lauda infrascriptum Capitulum obseruari, in omnibus, et per omnia

Aduertentes domini Reformatores qualiter statuta mandantia fieri Compromissum inter Conjunctos sunt fauorabilia, et materiam litium et expensarum incursionem auferentia. Propterea decreuerunt, et statuerunt, quod Dnus. Vicarius terrę Liternę, et eius Officialis, et quilibet ipsorum ad petitionem cuiuslibet partium teneatur, possit, et debeat

10v

cogere, et compellere pignoribus captis, et multa indicta, et etiam renitentem personaliter detinendo, et incarcerando ad compromittendum, et compromissum faciendum de iure, et de facto in duos bonos uiros Citernenses omnes, et quascumque causas, lites differentias, questiones et controuersias existentes inter ascendentes, et descendentes in infinitum, socerum, et generum, socrum, et nurum, agnatos, et cognatos, affines, et consanguineos usque in quartum gradum inclusiue facta graduum computatione secundum Jus Canonicum de quo duo fratres Carnales sunt in primo gradu, siue sit petitum in Libello, siue sine Libello, siue in Judicio, siue extra iudicium causa compromittitur, et generaliter omnes, et quascumque causas, et lites, et non aliquas, uel aliques tamen nisi de consensu ambarum partium, et casu quo illi duo homines electi in arbitros, seu arbitratores discordarentur dominus Vicarius teneatur ut supra partes compellere ad tertium eligendum in arbitrum, et quid quid laudatum fuerit à duobus ex tribus firmatum sit ualeat effectumque sortiatur, non obstante quod tertius contradixerit, uel absens fuerit. Item decreuerunt in dubio qualiter inter partes conuentum non est instantiam compromissi siue potestatem, et iurisdictionem arbitrorum durare debere per menses duos continuos incipiendos à die aceptationis fact. ex arbitros, uel Arbitratores mandantes quod instantiam cuiuslibet ex compromittentibus Dom.s Vicarius teneatur citari facere homines electos in arbitros ad comparend. coram se, et coram se existentes realiter, et effectualiter cogat, et compellat acceptare compromissum, et insuper iurare in forma se facturos, et ita iudicaturos iuxtè, sanctè, et equè ut, et quathenus ipsorum conscientia dictabit prò bono pacis, et concordię; Qui homines ut supra electi teneantur acceptare presertim si attineat compromittentib. dummodo non habeat iuxta causa recusandi de quà iuxta causa, uel non iuxta stari uoluerunt arbitrio Domi. Vicarij à quo non detur appellatio q. q. pacto; de quà quidem aceptatione, et iuramento costare uoluerunt apud acta Ciuilia cum insertione diei, mensis, et anni, à quo die tempus duorum mensium currere incipiat, et stetur libro actorum de predictis

Jtes

Item decreuerunt tunc posse Dnus. Vicarius cogere partes ad compromittendum ut supra antequam sit assignatus terminus ad probandum quo assignato minime artare valeat causas ità incaeptas, et contestatas coram se compromittere nisi de consensu ambarum partium, et predicta non vindicent sibi locum in illis causis, litibus questionibus, et controuersijs, que essent decise, uel d quarum decisio constare publico Instro guarantigiato, siue laudo emologato, uel sententia lapsa in rem iudicatam quo casu quia Lis, et questio habet decisionem claram, et liquidam non cadit in compromissum, quod fit super re dubia et lite incerta, cum sit species transaxionis, qui Arbitri, et Arbitratores ut supra electi de iure, et de facto non teneantur iuris ordinem seruare in procedendo, sed tantum veritatem, et equitatem pre oculis habentes illam perquirant, et inuestigent diebus feriatis, et non feriatis procedantur, et ità digniant, et laudent diffinire, et laudare ità valeant, et possint, et quidquid per duos Arbitros ut supra electos laudatum fuerit habeat uim sententie, et pareat actionem, atque excetionem, ut sententia diffinitiua Iudicis Ordinarij à quo Laudo ut supra lato non liceat appellare, uel reclamare ad ~~ad~~ arbitrium boni Viri, nisi infra decem dies proxime currentis à die facte notificationis lati laudi, quam fieri apud acta Ciuilia Dni. Vicarij sanxerunt, ut iuris est. Item statuerunt quod inter prefatas coniunctas personas q. usque non fuerit laudatum, et semper, et toties quoties petitum fuerit, ut supra, Dnus. Vicarius cogat partes ad compromittendum, non obstante quod Lis vel, et decies fuerit alias compromissum factum inter eos de eisdem Litibus, questionibus, et controuersijs, à quo Laudo, si fuerit reclamatum infra fatalia petens compromitti causam pendentem per reclamationem coram bono uiro nullatenus audi=

audiatur, nisi de consensu ambarum partium, declarantes, et statuentes Dom. Vicarium Citerung bonum virum existere in omni relamatione, et reductione Laudi ad arbitrium boni viri, aliter non facta distintione nunquid causa illi fuerit incepta coram ipsis, nec ne, et casu quo Dnus. Vicarius, et ita bonus vir Laudem confirmaverit nemini liceat appellare à tali confirmatione, et si secus attentatum fuerit non teneat quidquid actum fuerit ipso iure, et D. Vicarius non debeat diferri tali apelationi, et hac non obstante confirmatio transeat in rem iudicatam, et si D. Vicarius in aliquo predictorum defecerit incurrat in penas Librarum Lta. de facto auferendarum, et de suo salario retinendarum.

Dè Salario Arbitrorium.

Capº. 15

Statuimus, et ordinamus quod Arbitri, vel Arbiter si voluerint possint, et debeant recipere pro eorum salario sex denarios sibi à qualibet parte, tres denarios pro qualibet libra, et non plus de omni eo quod dixerint, vel preceperint inter partes, et arbitros, et Baiulus comunis ad petitione eorum requirere, et citare partes, que in eum compromisserant, ut veniat coram eis talis citatio valeat, et teneat, et plenam habeat efficaciam, et dicti Arbitri possint dare Licentiam requirendi dictas partes, et Testes, et hoc Locum habeatur ad presentiam, et futuram, et D. Compromissis factis inter Convientos usque in quartum gradum nullum debeatur salarium per partes.

Dè executione Sententiarum.

Cap. 16

Etiam statuimus, et ordinamus quod Vicarius teneatur, et de-

be-

beat mandari executioni precepta arbitrorum realiter, et persona-
liter prout licet absque salario, et nullus Vicarius possit Arbitrum, et Ar-
bitratores arbitrare, nec aliquid grauamen inferre contra formam compro-
missi, et si contra formam factum fuerit non ualeat, et perdat Vicarius qui con-
trafecerit prò qualibet Libra ca. ipsius de quà agitur XII. den.; et in d.o
quantitate condemnetur.
Quantum ad contenta in suprad.o Cap.o decreuerunt dno Vicario
Licere prò executione sententiarum, et laudorum accipere mercedem
alias taxatam per statuta prò executione facienda, non obstante
dicto Cap.o, et contentis in eo, ut libentius, et citius exequatur; et nè la-
boris sui mercede desfraudetur.

Dè Precepto Quarantigie
Cap. 127

Etiam statuimus, et ordinamus quod Notarius de Terra
Liverne, et eius Comitatus qui rogauerint aliqua Instra. in
dicta Terra, uel eius Comitatu, teneantur, et debeant ponere
in ipsis Instris. preceptum Quarantigie debitoribus, uel aliquid
promittentibus, quod termino, et terminis in eis contentis obser-
uent eaque in ipsis Instris. continetur sub quacumque conce-
ptione congrua, et dictum preceptum habeat uim sententie, et con-
fessionis, et Vicarius quod in hoc haberet iurisdictionem prò comu-
ni teneatur, et debeat facere obseruare omnia, et singula, que in
ipsis Instris. Quarantigie continentur ad petitionem Creditoris, uel
suorum heredum, uel iura sua habentium contra principales de-
bitoris, uel eorum heredes, et successores, et etiam fideiussores per captio-
nem personalem, et realem, prout creditori, uel habenti iura ab
eo uel suis heredibus placuerit ultra decem dies continuos postquam
petitum fuerit executioni mandari, et debeat citatio hoc
modo ad petitionem creditoris citetur debitor, uel eius heredes
ex parte dni. Vicarij, quatenus in decem dies continuos com-
pareat ad opponendum, et probandum exceptionem solutionis

et

satisfactionis nullitatis, uel falsitatis quod exceptiones tantum debeant, et possint opponi contra tale Instrumentum Quarantigie, et debeant, et possint probari per confessionem partis per legitimum cancellatum, uel Instrumentum quietationis, uel finitionis, uel per pactum de non petendo in perpetuum, uel ad tempus, uel saltem per duos Testes idoneos, contra quod preceptum Quarantigie non possit opponi, nec probari alia aliqua exceptio, quibus decem diebus elapsis, si non fuerint probate, et opposite dicte, uel aliqua earum ad petitionem Creditorum, uel eorum heredum, uel habentium ius ab eis, Vicarius habens ius iudicandi pro dicto Comuni sine alia aliqua citatione denuo fienda dicto reo, teneatur, et debeat de facto tale preceptum Quarantigie executioni mandare in sorte, et expensis, et in omnibus, et singulis premissis realiter, et personaliter contra debitores, uel eorum heredes, uel successores, et facta executione personaliter, possit redire ad realem, et e contra usque ad integram satisfactionem, et detineatur debitor in Carceribus comunis quousque fuerit satisfactum de sorte, et expensis ad voluntatem Creditoris, et pro executione fienda, Vicarius teneatur et debet ad petitionem Creditoris, et eius heredis, uel heredum iura ab eo dare Officialem, et Baiulos pena Librarum viginti quinque denariorum pro qualibet contrafaciente, et qualibet uice, et debeant habere pro eorum salario, et mercede solidos octo pro Officiali et solidos duo pro Baiulo, et pro quolibet Capto, et si non imperent, et in carcerem non ducerent nichil habere debeant.

Item dicimus quod nullus possit appellare a pronunciatione, uel Executione Quarantigie, nec ab aliquo Processu Quarantigiato, et si quis appellaverit non audiatur appellatio, et condemnetur in Libris decem denariorum pro quolibet, et qualibet uice. Item quod Vicarius non possit, nec debeat aliquid consilium sapientis, uel collegij super aliquo precepto Quarantigiato, uel aliquo processu quarantigiato pena Librarum XXV pro quolibet, et qualibet uice, et debitor qui fuerit captus, et detemptus non possit facere aliquem Contractum cum creditore, uel cum aliquo pro eo quousque fuerit detentus sine presentia

Dni. Vicarij, et presentia et consensu duorum idoneorum Consanguineorum dicti debitoris detenti, et si factus fuerit, puniatur metu dolo, uel fraude factus, et non ualeat, nec teneat ipso iure. Item quod Vicarius non possit cassare, ad initare aliquid preceptum guarantigie nisi fuerint opposite, et probate dicte exceptiones, uel aliqua earu, et si cassauerit, et initauerit talis cassatio, uel irritatio non ualeat, et nichilominus tale preceptu guarantigie debeat executioni mandare, non obstante cassatione, uel irritatione aliqua. Itj. quod Vicarius in predictis debeat in pronunciatione recipere Juramentum ab eo quod petierit executionem Instrumenti guarantigie, quod est uerus creditor in quantitate petita, et quod sibi non est satisfactu in totu, uel in parte statuentes quod hoc Capitulu guarantigie in omnibus, et singulis suis partibus habeat locu in omnib. Instrumentis, et preceptis guarantigie factis, et celebratis in Terra Ciserne, et eius Comitatu, tam inter terrigenas, et de Comitatu, qua etiam inter forenses, et omnes alias personas cuiuscumque condictionis, et status existent, et scriptis per quecumque notarium Cisernensem, uel forensem.

In Instrumentis uero, et preceptis guarantigie factis extra dictam Terra Ciserne, et Comitatu per quoscumque notarios seruentur hoc modo Vid.t quod exequatur contra homines dicte Terre prò forensibus, et si in Terra, uel loco unde est forensis guarantigia uel equipollentia uerba illius Loci seruaretur contra ipsos forenses prò terrigenis nris, et non alio modo prò terrigenis uero contra forenses seruetur hoc Capitulu in omni parte sui in quorumcumque loco fuerit celebratz. contractus Guarantigie, et p. quemcumque notariu in Instrumentis uerò guarantigiatis factis inter forenses extra dicta Terra, et eius Comitatu non habeat locu hoc capitulum, sed solu seruetur Jus Comune, et contenta in supradicto Capitolo seruent in Instrumentis guarantigiatis que de se liquida apparent

parent in alijs de se ipsis non liquidis apparentibus proce=
datur modo, et forma in hoc capitulo contentis dum tm. executio non
fiat, nisi p.o liquidentur, et probetur saluo quod si aliquis tamquam he=
res Patris, Matris Auij, uel Auiæ, fratris, uel sororis, filij, uel filiæ
peteret aliquod instrumentum guarentigiæ executioni manda=
re, et reus fuerit contumax. Vicarius absque alia liquidatione
Mortis uel successoris debeat pronunciare executionem fiendam,
et si dictus petens executionem repertus fuerit in mendacio conde=
mnetur in Libris uiginti quinque, et talis pronunciatio non
ualeat ipso iure.

Item dicimus quod scripturis priuatis manu cuiuscumque perso=
næ scriptis, et factis in qua, uel quibus continetur illum qui scri=
psit aliquid promisisse alicui dare, uel facere cum causa et
cum nominibus duorum testium ad minus in ea scriptura in qua
reperiantur Anni Dni, menses, et dies scriptæ factæ, et appositæ detur,
et dari debeat plena fides, ac si talis scriptura esset publicum instru=
mentum manu publici, et fidedigni notarij quod dicta scriptura
priuata mandetur executioni realiter, et personaliter, ac si esset
publicum instrum. guarantigiatum, et hoc locum habeat in personis
quæ possint de iure, et secundum formam statuti legitime se ob=
ligare, et non in alijs.

Quantum ad disposita in cap.o predicto de precepto Guarantigie
addiderunt quod ultra modum insertum in eo faciendæ citationis
fiat quoque preceptum reo de soluendo quantitatem petitam infra
decem dies, aut opponat, et probet, ut in dicto Cap.o exceptionis
premissas infra decem dies supradictos, et sic citatio fiat hoc modo
Vid.t Ex parte, et mandato Dni. Vicarij etc. ad instantiam B. man=
datur tibi I. quatenus infra decem dies proxime futuros habeas
soluisse, et satisfecisse suprad.o B. in tali summa prout constat publi=
co instro guarantigiato rogato a N. T. cuius est coram nobis positum exe=

cu=

cutio in dicta summa, aut infra dictos decem dies legitime compa-
rens ad opponendum, et probandum exceptiones permissas à statuto alias/
Item addiderunt quod istrumenta testamenti facta in Terra, et comita-
ti Citernę habeant executionem paratam in omnibus, et per omnia pro-
ut, et sicut instrumenta guarentigiata, et ita istrumenta donationis
causa mortis, codicillum, et cuiuslibet alterius ultimę volunta-
tis contra quę Instrumenta possit opponi exceptiones, quę opponi
possunt, q. Instrumenta guarentigiata dummodo probentur
eodemmet modo, et term.º ut in Istrumentis guarentigiatis pro-
bari debent, et ultra exceptiones insertas in premissis in dicto Cap.º
addiderunt et exceptionem prescriptionis triginta annorum cum
bona fide, quam exceptionem prescriptionis tricennalem opponi
posse voluerunt contra omnia Istrumenta ne tanti tempo
ris stides homines audiant, declarantes quod tunc demum scri-
ptura privata scripta manu debitoris probet, et habeat exe-
cutionem paratam contra scribentem cum fuerit recognita ab
ipsomet scribente, ne ab eius herede, sive aliter comproba-
~~tum~~ fuerit, quod scriptura sit manu talis, vel per testes, vel
per comparationem litterarum, in ceteris contenta in dicto ca-
pitulo confirmaverunt.

Quantum recipiat Not.s bancarius Cap.º 18

Item statuimus, et ordinamus, quod Vicarius Terrę Citernę, et
eius Officialis prò eorum salario recipiant de istrumentis, scri-
pturis, infrascriptas quantitates, et non ultra ad penam librarum
decem de suo salario retinendarum prò quolibet, et qualibet
vice qui contrafecerint. In primo sit quod eius salarium prò
taxatione expensarum florenum unum prò quolibet Centinario
et

et pro rata contingente ab in dò supra, et infra. Itẽ quod Nota=
rius bancarius pro petitione scribenda à Libris decem infra quatre=
nos tres si debitor confessus fuit petita per actorem, si autẽ nega
uerit habeat bononenũ unũ à X. uerò Libris supra, si confessus
fuerit habeat bononenũ, et si negauerit quatrenos nouẽ, et hoc
intelligatur pro petitione executionis singulę personę. Itẽ pro qua=
libet sequestro, et protesta bononenũ unũ. Itẽ pro qualibet oppe
productione, et admissione alicuius Libelli ad banchũ bonone=
nũ unũ. Itẽ pro qualibet productione Capitulorũ bononenum
Unũ. Itẽ pro qualibet productione oppositionũ bononenũ Unũ
Itẽ pro qualibet productione exceptionũ, siue replicationũ
bononenũ unũ. Itẽ pro qualibet produtione Testiũ, cũ ipsorũ
iuramento pro quolibet teste quatrenos tres, pro quolibet
Teste iurato, et examinato, et in Libro redacto bononenũ Unũ
computatis quatrenis tribus supradictis. Itẽ pro publicatió=
ne Processus, et testiũ bononenũ unũ, Itẽ pro productione
cuiuslibet scripturę bononenũ unũ, et pro qualibet moni=
tione facta per Vicariũ in Libro redacto quatrinos duos
et pro diffinitiua senzia bononenos duos, pro comisione,
et relactione facti pignoris, siue tenutę quatrenos tres pro
qualibet procura producta bononenũ unũ, pro quolibet lau=
do lato per commissione Dni Vicarij bononenũ unũ, et pro co=
pia qualibet testiũ actorum, et scripturarũ carta scripturę
in quolibet latere bononenũ unũ, et in quolibet latere sint
uirguli uiginti nouem, et litterarũ quatraginta, pro qua=
libet uirgulo.

In Criminalibus uero de inquisitione formata bononenũ Unũ
de commissione, uel relactione quatrenos tres, et sic de execu=
tione, siue confessione d. precepto quatrenũ unũ d. fideius=
sione bononenũ unũ, de testibus, ut dictũ est in Ciuilibus
de accessis in Criminalibus scribendis in Libro quatrinos

tres

tres in alijs uero scripturis de quibus facta non est mentio fiendis ad bancum comunis soluatur de similibus ad similia et uolumus quod unusquisque compellatur personaliter ad soluendum factis, et datis copijs scripturarum de alijs scripturis registratis in Libro, et in scriptis productis dictum salarium ~~solarium~~ soluant pro qualibet partium, que debent soluere facta executione sententie late in causa, et casu quo pars uicta se appellauerit, non obstante dicta appellactione debeat dicta pars uicta, per ipsam primam sententiam cogi, et compelli ad satisfaciendum omnes expensas parti uictrici ad cuius instantiam taxate fuerint actualiter et cum effectu, alias dicta appellatio non admictitur, et sic ad omnia salaria scripturarum debita dicto notario bancarium, nisi expense fuerint refecte, et salaria soluta lata interlocutoria, uel habente cum interlocutorie, quo casu redito labore cuiuscumque scripture in eis salarium exigatur de facto.

Item pro danda sententia diffinitiua in publicam formam, siue laudum datum ut salarium bononenz quatuor à decem florenis supra et inde infra bononenos duos, et similiter interlocutoria habente uim diffinitiue aut mir interlocutione, et idem intelligatur de sententia secundi decreti, et primi decreti et pro insinuatione alicuius Testamenti de quibus casibus soluatur Dno Vicario siue notario bononenos quatuor, Item pro interlocutione autoritatis, et decreti in aliquo contractu minoris, siue mulieris, et dationis tutoris, et Curatoris bononenos duos

Circa contenta in premisso Capitulo considerantes Dni reformatores pro examine unius testis bononenum unum esse nimis exiguam mercedem, neque usu est obseruantia. Propterea decreuerunt

pro

15v

quod pro iuramento et examine unius testis sive capitulis, et interrogatoriis D.nus Vicarius, et eius officialis Actuarius exigere debeat solidos quinque in totum inter ambos. Pro examine verò unius testis cum capitulis sex, et infra sex solidos decem ad plus inter ambos expresse statuentes, et mandantes dictum, et depositiones testis per extensum scribi, et nullo pacto dixit, et in capitulo, sed seriatim, et extense narretur dictum testis, vel in examine super capitulo, vel in redditione rationis causa scientie sub pena Librarum XXV. si contrafactum fuerit, et emendationis damni, et interesse dannificato ob non bene factam examinationem. Itz advertentes qualiter circa finem dicti Capituli disponitur appellante à Sententia audiri non debere nisi refectis expensis appellato, et in Cap.o de appellatione infra inserto in eodem volumine disponitur quod appellans teneatz expensas reficere, aut illas idonee deponere declaraverunt sufficere appellanti expensas idonee, et realiter deponere in contrarium quibuscumque facientibus non obstantibus.

De Donatione inter uiuos, et uenditione Cap. 29

Etiam statuimus, et ordinamus quod quancumque aliquam donationem ab aliqua persona receperit teneatz solvere creditoribus illius persone que donavit debita contracta ante donationem usque ad quantitatem rerum donatarum vel ipsarum rerum valentiam, vel iura cedere creditori in predictis rebus donatis, sed si in debitis contractis post donationem non teneatur hoc modo dicimus observandum quod si persona que donavit non esset idonea ad solvendum debitori pro creditis suis banniatz et hoc locum habeat ad presentia, preterita

et

futura. Itẽ quod quandocumque aliqua donatio fit inter uiuos banniatur infra decem dies post factã donationẽ tribus uicibus, et diuersis diebus publice per terrã Citernæ in locis consuetis ad petitionẽ alicuius de partibus, ut certũ, et notum sit, quod ipsa donatio sit facta, et si ante bannitiones factas fieret contractus cum creditoribus ualeat, et teneat, et res donate obligentur, ac si non fuissent donate, et illud idem intelligatur in omnibus, et singulis uendictionibus factis, et fiendis et alienationibus quibuscumque alicui personæ qª aliquam personã de omnibus rebus, et bonis suis, immobilibus, uel parte ipsarũ ultra dimidiã, quæ quidẽ uendictiones, et alienationes siue factæ, uel fiendæ presumantur quõ ad creditores simulatæ, et in fraudẽ ipsorũ creditorũ preteritorũ, et futurorũ factæ, et qđ in preiudiciũ ipsorũ creditorũ possessio taliũ rerũ transferantur, uel transacta habeantur, et non ualeant, nec teneant quò ad creditores nullo modo, si tempore ipsarũ uendictionũ, et donationũ, uel alienationũ ĩ annũ computandũ à die uendictionis, alienationis, uel donationis factæ, uenditor uel alienator repertus fuerit possidere, et predicta locũ habeat ad presentia, et futura. Quantũ ad sancita in premisso Capº approbantes d. Capm decreuerunt solenitates de quà in dº Capº operari effectu insinuationis adeo qđ si esset donatio excedens quingetos solidos Aureos, quæ de iure eget insinuatione, uoluerunt solennitates descriptas in dº Capº sufficere, et effectũ insinuationis operari.—

Quod alienator alicuius rei, teneatur ad defensionem rei alienatæ. Cap. 30.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua persona alienauerit aliquã rem, mobilem, uel immobilẽ, seu semouentẽ, uel cesserit alicui aliqua iura, uel illa cui facta fuerit alienatio, uel iuris cessio molestaretur in rè alienata, uel iuris cessione, quod talis alienans, et ius cedens, et eius heredes, et successores secuta denunziazione statim teneatur, et debeat iudiciũ defensionis in se suscipere cũ idoneo fideiussore, et ipsã rem, uel res alienatas, uel ius cessũ legittime defendere omnibus suis sumptibus, salarijs, et expensis, et ipsã rem in pacem ponere cum quolibet molestante, et si ille in quẽ facta fuerit aliqua alienatio, uel iuris cessio, aut eius heredes, et successo-

res molestarentur non possunt cogi ad respondend. libello ad contestationem litis, nec ad iurandu de calumnia infra decem dies, à die quo nominauerit eius autores in iudicio, et petierit fieri processu contra eius autorem, neque compelli ad suscipiendu iudiciu defensionis in se, et elapsis dictis decem diebus in causa procedatur, et Dnus Vicarius coram quo fuerit petitu, teneatur, et debeat tales alienantes, et iura cedentes compellere ad suscipiend. in se iudiciu defensionis per captione personale et immissione bonoru, et si postqua pronunciatu fuerit per Vicariu talis autor non susceperit iudiciu defensionis in se, possit talis in quem facta fuerit alienatio, uel iuris cessio accusare eius autorem et accussator denunciet, et condemnetur in libris uiginti quinque denariorum, et possit tantu accusans talem suum autorem renunciare tali accusationi quandocumque ante sententia, et si contingerit quod aliquis uendiderit, uel alio quorumcumque titulo non lucratiue alienauerit aliqua rem iure proprio que reperiretur libellaria, uel emphiteotica quod uenditor, seu alienator, et eius heredes, et successores teneant. eide emptori, uel aquisitori facere, et curare ita, et taliter cu effectu quod proprietarius idem refirmet. in tertia generatione expensis ipsius uendentis, seu concedentis et nichilominus det, et restituat quarta partem pretij ipsius rei que uendita, seu concessa fuit, et pro predictis, et quolibet predictoru exequendis fiat, et fieri debeat executio realis, et personalis, et si Vicarius, uel eius notarius fuerit negligens in predictis condemnetur tempore sui sindicatus in libris uigintiquinque denarioru, et nullus possit appellare ab aliqua pronunciatione, uel sententia, precepto, uel grauamine, que fieret con. eu occasione contentoru in hoc Capitulo, et si appellauerit non audiatur appellans, et predicta locu habeat, ad presentia, et futura.

De eo qui uendiderit rem duobus
Cap.o 31.

Ordinamus, et statuimus quod si quis de Terra Citerne, uel eius comitatu alienauerit, seù uendiderit rem aliquam alicui, uel aliquibus, et eum uel eos, cui uel quibus alienationem fecit induxerit in possessionem, et tenutam rei alienate, uel emptor sua propria authoritate tenutam et possessionem rei uenditę apprenderit, et ipse alienator uel uenditor, ipsam rem, in progressu temporis alienauerit alicui alteri, teneatur ipse uenditor, uel alienator et heredes eius ad satisfaciendum emptori de omnibus quę promisserit, et omnibus quę continentur in instrumento, quod sibi uel eius heredes fecit, et ad omnia damna, uel expensas, quę uel quas occasione predicta fecerit, et substinuerit, et si non haberet unde satisfaceret exbanniatur de Terra Citerne, et eius districtu, et ipsum Vicarius teneat exbannitum donec satisfecerit, et soluerit de predictis, et condemnetur in libris quinquaginta denariorum prò Comuni saluo eo quod si dictus secundus emptor, uel aquisitor aut eius heredes possederint rem uenditam, uel quocumque modo aquisitam per quinquennium pacificè, et quietè sciente primo emptore, uel ipso existente in terra Citerne, uel eius districtu uel heredibus eius non contradicentibus secundo emptori, et secundus emptor, uel aquisitator omnino sit tutus, et eius heredes, nec res ipsa possit ab eo, uel herede eius conuinci, uel uendicari per primum emptorem, et eius heredes, sed penes ipsos permaneat, et hoc locum habeat ad preterita, presentia et futura. Circa contenta in premisso Capº addiderunt quod quamuis secundus emptor possiderit per quinquennium rem bis uenditam, et ità ipse sit in tuto, quod tamen uendens penam quam quià in dº Capº incurrat ità declarantes dictum Capitulum quod prima facie uideatur contrarium in plura.

Quod instrumenta uenditionis prò cassa habeantur Capº 32

Item statuimus, et ordinamus quod si aliquod instrumentum inue=

ni

niretur eſſe factu et aliquas notarius in quo contraeatur aliques de terra Citerng, et eius districtu de ſuis terris, uineis, uel poſſeſſionibus, et domibus, uel altera ipsaru uendidiſſe, et predictis uenditor post dictu contractu uenditionis factu inueniat poſſidiſſe ipsas res uenditas per decem annos sine reddito, et affictu preſtito eid. emptori ab eode uendictione quod talis uenditio preſumatur, et instrumentu in fraude eſſe factu, uel facti, et sic eſſe debeat nullius ualoris, et d°. instro nulla fides adhibeatur et predicta locu habeat, ad preſentia, preterita, et futura, et que dictu est in contractu uendictionis idem intelligatur, et locu habeat in contractu permutationis, et donactionis, et cuiuslibet alterius contractus, seu conceſſionis.

Quod Vxor non admittatur ad defensionem bonorum Mariti. Cap°. 33.

Etiam statuimus et ordinamus quod Vicarius non admittat ad defensio bonoru mariti, niſi usque ad ualentia sue dotis, uel dotiu suaru uiuente marito, sed eo mortuo poſſit pro dotibus, et rellutiis, et legatis, et ad preſentia preterita, et futura ualeant, et que liceat creditoribus, seu succeſſoribus defuncti si uoluerint dotes suas soluere, et legata infra duos annos à die adiudicationis, uel uendictionis sibi factis recuperare dicta bona non obſtante uendictione, et adiudicatione facta de bonis defuncti.

Quod Vxor non possit se obbligare sine consensu Mariti Cap°. 34.

Ordinamus et statuimus, quod nulla uxor alicuius coſtante Matrimonio poſſit se obbligare, uel alicui suaru dotiu iura, uel hipoteca renunciare, nec contractu aliquẽ obbligatoriu facere, sine preſentia, et conſenſu mariti, et duoru proximioru coniunctoru dicte Uxoris pntium in terra Citerng, et eius comitatu, si uero abſentes fuerint cu conſenſu alterius coniuncti loco proximioris abſentis, si uero ma:

maritus non fuerit in terra Ciserne, uel comitatu, tunc citetur, quod ad tertiã diem ueniat ad contradicend. quare dicta eius uxor predicta facere non debeat, e si non uenerit infra dictã terziã diem tunc liceat tali Uxori predicta facere cum presentia, et consensu dictorũ duorũ consanguineorũ, et aliter fieret, id quod fecerit non ualeat ipso iure saluo quod quelibet Uxor libere sine alicuius auctoritate, uel consensu possit procuratorẽ costituere, et facere ad agend. et defendendũ.

Circa contenta, et disposita in Cap.° 34 posito, quod uxor non possit se obligare &c. totum capitulũ in omnibus, et per omnia confirmantes extendiderunt dicta in muliere nupta habere locũ et procedere etiã in quacumque alia muliere siue nupta, siue innupta, uirgine uel Vidua, et sic quod mulieres se obligare non possint, neque in eorũ preiudiciũ contrahere sine presentia, licentia, et consensu duorũ proximiorũ consanguineorũ uel affiniũ, et cognatorum et in eorũ defectu quia non adsint, uel nolint consentire sine iusta causa contrahere non possint sine licentia presentia, et consensu duorũ ex prioribus fraternitatis Sanctę Marię de Ciserna, et si secus factũ fuerit ille contractus in preiudiciũ mulieris non teneat, neque ualeat tamquã factus lege hac municipali resistente etiã q. iuramentũ mulieris interuenerit q. etiam nunc in becillitate sexus mulieris prestitum esse interpetrant. et ea facilitate quã inducta fuit mulier, et erit ad se obligandum, uel renunciand. eademque quoque facilitate inductã esse ad iurand. delarauerunt, et propterea dictũ si prestitũ iuramentũ noluerunt aliquid operã. quatenus ipsis disponere licet illud anullantes.

De alienationib. factis per uim, metu, uel priuatum carcerem Cap.° 35

Statuius, et ordinamus quod si quis per uim, metum aliquam alienationem fecerit de bonis suis alicui personę quę tale alienationem haberet in uinculis detentũ, uel Carceratũ in priuato Carcere, et predicta probauerit per publicã formã, uel testes quod talis

alie

alienatio ſit caſſa, et varia, et nullius valoris quod per dictu Vicariu remittatur talis alienatio in poſseſsione reru alienataru, et cogatur qui alienatione receperit iura reſtituere primo facta probatione predicta de predictis, et predicta locu habeant ad preſentia, preterita, et futura.

Quod alimenta preſtentur p filios parentib. Capo. 36.

Item ſtatuimus, et ordinamus quod ſi quis querimonias diſpoſuerint cora Dno. Vicario de filio, uel filia nepote, ſiue filio sui filij, et filij uel nepotes preſtent alimenta parentibus arbitrio Dni Vicarij, ſi ipſa perſona que poſuerit querimoniam non habeat unde ſe alat, uel gubernet à quò precepto Vicarij poſsit appellari eodem modo cogantur parentes preſtare alimenta filijs ſuis quò ad diſpoſita in premiſso Capitulo quod alimenta preſtent &c. attendentes qualiter dictu Capitulu eſt defectum in uerbis decreuerunt quod Dnus Vicarius poſsit, et debeat percipere, quod filij preſtent alimenta parentibus, et nepotes auis prœſentia in caſibus de quib. in dicto Capo. à quò precepto non liceat appellare.

Dè alimentis preſtandis mulieribus Capo. 37.

Ordinamus, et ſtatuimus quod Dnus. Comiſso. ad que de hoc recurſu fuerit teneat. preſtari facere alimenta decentia cuiuslibet mulieri cui dos aliqua debet ſolui, uel ſoluta reſtitui in toto, uel in partem prò toto, uel parte non ſoluta, uel reſtituta licet mulieri cui debet reſtitui ad alia tranſiret uota quouſque ſoluta, uel reſtituta non fuerit ad ratione octo prò Centenario dotis quolibet anno,

com=

compellendo debentem, uel debentes soluere, et reddere, et eorum successores realiter, et personaliter, et omni uia, et modo qui Vicario uidebitur summarie, et sine omni scriptura, et figura iudicij ipsa alimenta dare, soluere, et prestare, et omni tempore feriato, et non feriato non obstante aliquo Cap.º huius statuti, uel aliquo alio ordinamento q. in contrarium aliquo modo loqueret; et predicta locum habeat ad presentia, preterita, et futura.

Circa contenta in Cap.º 37 declarauerunt D.D. Reformatores prefati contenta in dicto Cap.º procedere si heredes primi uiri, uel personę quę tenentur dotem mulieris restituere fuerint in uera mora costituti, ut q. interpellati in iudicio, uel extra iudicium noluerint dotem restituere ita dictum capitulum modificantes, quod ita simpliciter stans, et disponens usuraria prauitate penitus non carebat.

Quod pal.es fideiussores conseruentur indemnes Cap.º 38

Etiam statuimus, et ordinamus quod si aliquis fideiusserit pro aliquo uel presente, et non contradicente, uel principalit. se obligauerit pro aliquo possit petere se extrai à tali fideiussione principaliter, uel obligatione quandocumque uoluerit, etiã antequa aliquid de suo soluerit, uel aliquid damnum substinuerit, et teneat. facere citare eum pro quo se obligauit, quod infra tertiam diem debeat comparere corã D. Vicario ad extrahendum, et conseruandum ipsum indemnem à tali fideiussione principalitate, uel obligatione, et si talis negauerit fideiussionem principalitatem, uel obligationem fuisse fact. pro eo possit probare per unum testem bonę famę, uel per instrumentum publicum, uel per illum apud quem fideiussionem principalitatem, uel obligationem fecerit, et per iuramentum denuo prestandum per petentem se à predictis indemnem conseruari, et si ille pro quo facta esset fideiussio, uel principalis

ob-

13v

obligatione non comparuerit infra dictum terminum, et fuerit contumax
uel si comparuerit, et si contra eum fuerit probatum per aliquem de
supradictis modis, uel per confessionem ipsius tunc Vicarius et debeat
statuere terminum tali pro decem dierum ad extrahendum, et conseruan-
dum indemnem illum qui pro alio principaliter, et fideiussorio nomine
se obligauit, et elapsis dictis decem diebus Vicarius possit, teneatur,
et debeat executionem facere de predictis realiter, et personaliter ad
uoluntatem ipsius qui fideiussit alias principaliter se obligauerit
et si substiterit aliqua dana extra sorte, ille talis pro quo
fuerit obligatus teneatur resarcire omnia damna, et expensas
et interesse de quibus credatur sacramento illius qui fideiussionem
uel principalitatem fecerit assignatis primo Vicario caussis legitti-
mis dannificationis, et iuret quod tantum damnum substinuerit oc-
casione predicta, et uere sunt causae quas assignat, et Vicarius
coram quo huiusmodi caussae uentillentur teneatur, et debeat con-
demnare illum pro quo aliquis fideiussit, uel principaliter se
obligauerit tam in sorte, quam in expensis damnis, et interesse
pena librarum uigintiquinque denariorum, et de predictis Vicarius
habens iurisdictionem in hoc pro comuni teneatur, possit et
debeat cognoscere, et finire debito terminare simpliciter, et de
plano sine strepitu, et figura iudicij diebus feriatis, et non feria-
tis, et non possit aliquis appellari ab huiusmodi processu, uel
pronunciatione, et si appellauerit non audiatur appellans, et ni-
chilominus condemnetur in centum libris denariorum, et si d. talis pro
quo facta fuerit fideiussio, uel principalitas non conserua-
uerit indemnem illum qui pro eo fideiusserit, uel principa-
litatem fecerit possit condemnari quolibet mense semel, et
condemnetur in uigintiquinque libris denariorum pro quoli-
bet uice possit tam accusator illi renunciationi renuncia-
re quandocumque uoluerit ante sententiam insuper statuen-
tes quod omnia bona illius pro quo aliquis fideiusserit, uel
principaliter se obligauerit sint, et esse intelligantur, et

ob

obbligati illi qui prò eo fideiusserit, uel principaliter se obbligauerit, ac si expressè obbligasset omnia bona sua prò tali fideiussione, uel principalitate, et quæ dicta sunt de principalibus personis intelligantur esse statuta, et ordinata in personas eorum heredum, et successorum habentium iura ab eis, et predicta intelligant. ad preterita, presentia, et futura.

Quod pales. et fideiussores comunis conseruentur indemnes. Cap.o 39.

Item statuimus, et ordinamus quod si aliqua persona principaliter se obbligauerit, uel fideiussionem fecerit prò communi quacumque de causa uel modo aliquo se obbligauerit, debeat indemnem conseruari à d.o comuni, et priores populi, una cum eorum Consilio Sindacus qui prò tempore fuerit debeat dictum tales facere conseruari indemnes autoritate eorum officij absque eo quod mittatur ad partitum ad alia consiglia d.i Comunis.

Dè recollect. comunis conserādis indēnes. Cap.o 40.

Ordinamus, et statuimus quod fideiussores qui se obbligauerint, uel intrauerint prò comuni terræ Cisernæ prò denarijs recipiendis, uel aquirendis, uel alia re, et omnes alij, qui nomine dicti Comuni se fecerunt principales, à comuni Cisernæ conseruent. indemnes, et eorum heredes in predicto ad presentia, preterita, et futura ostendentur, et fiat ratio creditorum conquerenti d. comuni, et de persona obbligata prò comuni de sorte, et de expensis damnis

20v

et interesse, et tam fideiussores, et principales comunis quam alia persona quocumque modo pro comuni existen: obligat non compellat, nec compelli possit per officialem, sive Vicarius ad solutionem aliquam fiendam, vel aliquem officialem, et Santissimi Dni Papae si constiterit debitum esse comunis, et ipsum pro ea esse obligatum, sed ipsa comune teneat solvere debito ipsius comunis, et damna, et expensas, et interesse, visa fide, ut supra dictum est.

Quod creditores restituant debitorib. instrumenta debiti cancellata Cap.o 41.

Item statuimus, et ordinamus quod creditores teneantur restituere instrumenta debiti cancellati, et cancellari facere rogitu, et facere instrumenta finitionis, et quietationis, de quo eis, vel eorum heredibus, vel eis existent satisfactu postquam creditor fuerit requisitus, si creditor instrumentu habuerit, vel habere potuit, si autem instrumentu debiti invenerit n habere, nec fraudem comisisse, quo minus istrumentu habere n possit tunc faciat Creditor debitori instrumentu finis finitatis, et quietationis ad sensum sapientis debitoris, et teneatur dare verbu notario cancellandi rogitum, et accepta mercede sua a debitore, et valeat cancellatio facta mandato creditoris, quemadmodum esset instrumentu finitionis. Item quod quicumque Creditor non observaverit predicta in termino sibi dato a Vicario solvat pro banno comuni duplu eius debiti debitori, et nihilominus facere debeat, q dicta, et a dicto precepto, et condemnatione non sit licitu appellare, nec audiatur appellans.

De petentibus debitum ante terminum. Cap. 42.

Statuimus, et ordinamus quod si quis creditor alicui peterit sibi solui debitum ante terminum promissum, siue promissione facta de soluendo debitum soluat comuni prò banno libras decem denariorum, et nichil ominus omnes expensas reficiat creditori duplicato dicto debitori termino ad soluendum.

De petentibus debita soluta Cap.º 43.

Statuimus, et ordinamus quod quemcumque fecerit petitione coram Dno Vicario Terre Liverne, et eius Officiali de aliquo debitore prò debito, seu occasione debiti alicuius, de quo iam sibi extitit satisfactum in totum, uel in parte, si tale debitum fuerit quantitate librarum decem ab inde infra, uel rei equivalentis condemnetur prò comuni in libris uigintiquinque, et ad duplum quantitatis, uel extimationis rei, uel partis rei, de quà querimonia fecit, si uerò fuerit debitum quantitatis, uel rei maioris extimationis librarum decem, et non trascendant ualorem, uel quantitatem librarum uiginti quinque, condemnetur prò comuni in libris quinquaginta, et de eo quod ei de quo facta fuerit querimonia in duplum, ut dictum est, et de hoc non uendicet sibi locum in heredibus, aut successoribus, seu locum principalis debitoris quò quo modo tenentibus qui satisfactione non interuenerint, seù qui ipsemet satisfactione non receperint, si non rescirerent super eorum querimonia postque constauit de sadisfactione predicta. Item intelligatur, et sit in tutoribus, et curatoribus in omnibus alijs administratoribus alienorum negociorum, nisi post talem satisfactione probatam persisterent in eorum queremonia, qui predictas condemnationes de suo proprio soluere compellatur; saluo quod si quis constitutus ab aliquo prore specialiter ad petendum, seù querimonia faciendam de aliquo debito, et

de

de eo ipsi eidem qui talem procuratorem constituit satisfatio facta esset teneatur ad dictas condemnationes soluendas per modum superius declaratum. et non procurator, et nisi postquam esset de dicta satisfactione probatum persisteret in sua querimonia procedendo. Item quod si aliquis debitor fuerit plurimum quantitatum. nec appareat de quo dedit illi cui soluit, quod intelligatur soluisse prò debito antiquiori.

Dè eo qui retinuerit aposturatum alterius. Capo. 44.

Ordinamus et statuimus quod nulla persona teneat aposturatum alicuius personę infra tempus Locationis factę de mora in Domino, uel Domina contrahendo, seu retinendo eum, uel eam contra uoluntatem Domini, uel Dominę, et qui contrafecerit in uiginti quinque libris denariorum prò banno condemnetur, et semper talis aposturatus illi cum quò conuenerat ad domum ipsius redire cogatur. Dicimus etiam quod Dnus, uel Dna, et filii eius possint ipsum aposturatum, uel aposturatam si aufugerit capere, et eum reducere, et de aposturatione stetur sacramento Dni, uel Dnę, et si defraudauerit aliquid in damnum Dni, uel Dominę usque ad decem libras denariorum restituere teneatur, et id quod recipere debeat prò mercede sua delinquens ammittat, et condemnetur in quatraginta solidis comuni. Si uerò Dnus, uel Dna mercedem quam promisserint soluere nollent aposturato, uel aposturatę secundum pactum, et conuentiones factas Vicarius, et, et eius officialis comunis Cisternę teneatur cogere Dnum, uel Dominam ad soluendum promissa et hoc locum habeat in masculis, et feminis, et fideiussoribus seruientium, et forma huius statuti seruetur hec probatio contra fideiussores ipsos, que fit contra aposturatos; Item quod nullus aposturatus, uel aposturati alicuius possit, nec debeat ire prò grano, lino, uel blado tempore estatis pena quatraginta solidorum

rum denariorum prò quolibet, et qualibet uice, et banniatur de mense Junij in principio quolibet anno, et Vicarius teneatur contrafacientes punire.

Quod maritus lucretur dimidiam Dotis uxoris premorientis sine liberis Cap 45.

Item statuimus, et ordinamus quod si Uxor alicuius de Terra Citerne, uel eius districtu, uel alterius qui abitauerit in dicta Terra, uel eius comitatu decesserit sine liberis, et superuiuente marito, maritus lucretur et lucrari debeat medietatem dotis, et si fuerit soluta ad restitutionem dictę medietatis nullatenus teneatur, si uero non fuerit soluta possit dicta medietatem petere prò idem, ac si matrimonium dissolutum non esset, et predicta uendicent sibi locum in casu quo dicta uxor transducta fuerit ad domum mariti, uel ubi sit matrimonium carnali copula consumatum, et si casu aduenerit quod aliqua mulier mortuo eius primo uiro cum liberis ex ea, et illa mulier transiret ad secunda uota, et ex secundo Viro etiam haberet filios, ea decedente uir, lucretur ratam dotis una cum filijs primi Viri, Videlicet prò capita diuidendo.

Dè minore qui recipit dotem. Cap. 46.

Item statuimus, et ordinamus quod si aliquis minor uiginti quinque annis fuerit confessus aliquam dotem, uel partem dotis paruam, uel magnam recepisse ab aliqua muliere, uel pater eius, uel alio quorumcumque, et matrimonio soluto morte Uxoris dos sit in casu restitutionis non obstante quod possit opponi ipsum fuisse lesum ex causa confessionis in occasione minoritatis ille qui dotem uel partem dotis fuerit confessus accepisse cogatur cum ea effectu restituere dictam dotem, quam per formam statuti debet restituere, et non plus, uel partem eius hereditatis talis Uxoris

nec possit pre eo in integrum restitutionem petere cum utilium sit, et contra legem aliquem minorem cum alterius iactura lucrari et hec locum habeat ad presentia, preterita, et futura.

Quantum ad disposita in Capo. premisso Dni. Reformatores iuxerunt sancita in dicto capitulo habere locum, et procedere in maiorem annorum decem, et octo minor tamen uiginti quinque in minore uero annis decem, et octo noluerunt confessiones dotis recepte sibi preiudicare, nisi confessus fuerit cum patris consensu si habet, uel Curatoris si habet, siue duorum proximiorum attinentium, uel nisi confessus fuerit in iudicio Judicis in presentia, et in hoc casu eis non obnegarent ex capite lesionis tali minori restitutionem in integrum concedendam iuxta legitimas sanctiones, et sic non cadit locupletatio cum alterius iactura.

Dè successionibus ab intestato

Capo. 47.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliquis ab intestato decesserit, si quidem ipse decedens, et mortuus fuerit, pater auus, uel pro auus succedant tali decedenti masculi descendentes ex eis, uel quolibet ipsorum per lineam mascolinam femine filie descendentes que ipsarum si remansissent masculi, uel plures non possint succedere, et si decedens fuerit mater auia, uel proauia similiter femine, et descendentes ipsarum non possint succedere superdictis superstitibus masculis, et in quolibet casum predictorum mulieres ipse si dotate non essent debeant congrue dotari facultate, et bonis dicte hereditatis, de qua ageretur arbitrio duorum magis idoneorum consanguineorum, et si dicte femine non dotarentur possint ipse eadem petere bona illius hereditatis, et habere, et tenere usque quo fuerint congruè dotate, non obstante aliqua alienatione de bonis hereditatis predicte, et si frater nollet maritare sororem, aut eam uellet maritare incondecenter, uel ad eam maritandam esset inhabi-

bi.

inhabilis quod tunc duo ex proximioribus consanguineis ipsorum, unus ex latere paterno alius vero ex latere materno debeant eam maritare secundum facultatem patrimonij, et si ipsi duo concordes non essent eligatur tertius per Priores fraternitatis sanctæ mariæ, et duo ex dictis tribus possint secundum facultatem patrimonij eam libere maritare, et dotem constituere, et frater predictus non possint aliquid opponere, vel contravenire ad id quod factum fuerit per dictos Priores, et fiat electio dictorum consanguineorum, et tertij ad petitionem cuiuscumque coniuncti dictæ feminæ præd. narrantis, et petentis coram Dno Vicario, si vero supersunt tantum feminæ descendentes, vel masculi descendentes ex feminis una simul succedant omnes dotatæ, et non dotatæ, et filij, vel nepotes earum secundum formam iuris, dum tamen dote conferantur illarum, vel earum in quarum locum succedant. Si vero fuerit filius, vel filia, nepos, vel nepotis, pronepos, vel pronepotis, vel alia persona descendens qui, vel quæ decesserit ab intestato, et qui, vel quæ non habuerint descendentes, succedant ascendentes per lineam mascolinam una cum fratribus defuncti, vel filijs ~~filis~~ masculi si superstitent, et in eo casu tamen quo ex persona defuncta superesset mater, et patruus, sive Zius paternus, vel filius, sive filij patrui, sive fratres patrueles, et mortuo fratre ab intestato sorores succedere non possint, si remanserit unus frater carnalis, sive plures paternus, sive maternus, vel saltem paternus, aut filius ipsius fratris, et sorores illæ si dotatæ non essent, et non maritatæ, debeant congrue dotari de bonis fratris defuncti, prout superius de alijs dictum est. Item si remanerit patruus personæ defunctæ sorores succedant solum in quarta parte hereditatis fratris defuncti, etiam si dotatæ essent, et si dotatæ non essent debeant congrue dotari, ut superius dictum est, et nichilominus in quarta parte succedant, et debeant filij, et nepotes alij

ab

23v

ab intestato successores qui ex persona defuncta essent feminę dotand. secundum formam supradictam ex bonis defuncti facere inventarium omnium bonorum patris, matris Avi, avię, vel alterius personę cui succederent, et hoc, ut dictę filię, sorores, aut nepotes, aut alię feminę dotandę ex bonis defuncti in aliquo defraudari non possint, et illud inventarium dicti successores facere teneant. infra mensem à die mortis defuncti cui successerint, et ad petitionem ipsarum mulierum, vel alterius ipsarum Vicarius teneat. ipsos successores cogere ad confectionem illius inventarij, et si dictę feminę dotatę essent secundum formam presentis Capituli, non habeant ulterius regressum ad bona paterna, occasione suę legitimę, vel alterius successionis ab intestato existentibus alijs qui succedere possent secund. formam Statuti loquentis de successionib. ab intestato supradictum, sed debeant eorum dotibus stare contente, et quę supradicta sunt de successionibus ab intestato, et expressa locum habeant, et intelligantur, et observantur in omnibus, et per omnia, etiam in quorumcumque movente intestabili, et quę dicta sunt de intestabili locum habeant in casibus futuris, tam: à die presentium Statut. confirmationis.

Circa contenta in suprad.o Capitulo in totum dictum Capitulum, confirmantes prò tollendis dubijs, et disputationib. declarantes, decreverunt, quod filię feminę descendentesque ipsarum ob existentia masculorum descendentium non succedant, ut in d.o Capitulo, et dotentur si dotatę non sint intelligi noluerunt, et decreverunt, quod tunc filia, vel descendens ex filia dotata censeatur adeò quod ulterius dotari non debeat quando est dotata de bonis illius, de cuius hereditate agitur, vel saltem de bonis comunis Patris, vel comunis matris, comunis Avij, vel comunis Avię etiam sit quod filia vel neptis dotata ex bonis patris, non debeat iterum dotari ex bonis matris si superstit frater coniunctus dictę mulieri ex latere patris, et matris, vel ex latere patris tantum legitimus, et na-

naturalis, sive filij talis Patris pari modo legittimi, et naturales; in casu vero, quo femina esset dotata ex bonis Patris, et superesset frater dictæ mulieris ex latere matris tantũ, ista mulier non debet censeri dotata cũ agitur de hereditate matris suæ, quamuis dotẽ habuerit ex bonis paternis.

In utilitatẽ fratris dictæ mulieris, non filij eiusdẽ patris ex cuius bonis dotata est, sed debet congrue dotari etiã ex bonis maternis quã congruã dotem usque ad legittimã ascendere voluerunt, et ita è contra decreuerunt, et statuerunt in filia, uel nepote dotata ex bonis matris, uel Aui materni, uel Auiæ maternæ quod si agitur de successione patris, uel Aui paterni, uel Auiæ paternæ hæc mulier debeat iterũ dotari ex bonis paternis, uel auitis paternis nisi superit frater coniunctus utriusque, uel ex latere paterno saltem, seu filij legittimi, et naturales talis fratris utriusque coniuncti, uel saltẽ paterni.

Item declarantes statuerunt quod filij, uel filiæ legittimi, et legittime, et naturali decedenti ab intestato sine liberis legittimis, et naturalibus mater uel Aua materna non succedat, si extet aliquis ex ascendentibus lineæ paternæ, siue frater utriusque coniunctus siue ex latere patris tantũ dicti defuncti legittimis, et naturalis, casu verò quo fratres, uel frater primi gradus ut supra, uel ascendentes personæ mortuæ non extarent, sed extaret patruus uel fratres patrueles, tunc mater in quartam partem succedat in residuo patruus, et fratres patrueles unus, uel plures prout erunt, et extabunt qui si concurrant cũ patruo uel patruis succedant in stipite, et non in capite.

Item aduertentes qualiter in versiculo dicti Capituli incipiente, et mortuæ fratre 7 C.^ne^ implicatur aliqua varietas ut euitentur disputationes decreuerunt sororẽ excludi ut in dicto Cap.° et versiculo, si extiterit frater utriusque coniunctus, uel ex latere patris tantũ ipsius defuncti, qui sit legittimus, et naturalis, ob existentiã fratris uterini tantũ, noluerunt sororem excludi, adentes q. quemadmodũ Patruus fratres excludit sororem, excepta quarta parte, ab hereditate fratris ab intestato sine liberis defuncti, ita, et fratres patrueles sororẽ excludant

in

in omnibus, et per omnia, excepta quarta parte, declarantes quod appellatione fratris sive adiuncto in hoc Cap.o non comprehendatur fratris patruelis, nisi expresse dicatur.

De prescriptionibus
Cap. 48.

Ordinamus, et statuimus quod nulla persona masculus, vel femina de Terra Citernæ, vel eius comitatu vel aliunde possit, vel debeat petere coram Dño Vicario quantitatem pecuniæ, Vini, sive frumenti, et alterius bladi sibi debiti ab aliqua persona de Terra Citernæ vel eius Comitatu vel aliunde si debitum steterit vel stetisset per annos viginti quinque, vel plus, et si infra dictum tempus quod eum, vel eius heredes, habito respectu à principio temporis, à quò peti poterit dictum debitum, petitum non fuerit, et si dictus creditor decesserit, et per eum petitum non fuerit debitum sibi solui infra dictum tempus XXV annorum q. eius heredes ad dictum debitum nullatenus audiatur, sed ipsum Instrumentum dicto debitori, vel heredibus cancellatum restituere compellatur, saluo quod dicta prescriptio non currat minoribus quatuordecim annis, et abinde supra currere debeat prescriptio supradicta, et hoc locum habeat in debitoribus, et creditoribus; et heredibus eorum qui fuerunt presentes per predictum tempus XXV annorum in terra Citernæ, et hoc locum habeat ad presentia, et futura exceptis dotibus, et legatis in quibus non currat prescriptio; insuper statuentes quod aliquæ prescriptiones contra homines de Terra Citernæ, et eius districti qui haberent, vel habuissent aliquos obligatos.

In predicto Cap.o aduertentes quod in numero est additum unum X., et propterea gratia evitandi disputationes decreuerunt spatio viginti quinque annorum completi prescriptione de quà in d.o Cap.o addentes quod illud quod excipitur in fine dicti Capituli.

Id

Item quod in dotibus, et legatis non currat prescriptio intelligatur de prescriptione illa de qua in dicto Capo. non autem de prescriptione triginta annorum et xl.ta annorum de iure communi introducta ne diu atque diu actiones maneant in suspenso in odium negligentiæ suæ iura persequi.

Dè iuris cessione, non recipienda à forense Cap.o 49.

Etiam statuimus, et ordinamus quod si alicui de Terra Citernę et eius destrictu aliqua iuris cessio facta fuerit ab aliquo forense Ecclesiastico, uel seculari contra aliquam personam de dicta Terra talis aquisitor actionis à forense ut dictum est nullatenus audiatur nec admittatur, et qui contrafecerit soluat communi bannum Librarum uiginti quinque, in quibus eum Vicarius condemnari teneatur, saluo quod si aliquis de dicta Terra Citernę, uel eius districtu fideiusserit uel se obligauerit prò aliquo apud forensem, possit à forense casu predicto actionem, usum, et ius aquirere contra tales prò quo esset obligatus in ea quantitate prò qua teneretur. Item quod nullus forensis possit ab aliquo forense ius aliquid cessum contra aliquem de dicta Terra Citernę recipere, uel habere, seu aquirere, et si contrafieret non ualeat, nec teneat ipso iure, imò tali aquisitioni nullatenus ius reddatur. Item quod nullus Citernensis dare possit, uel concedere iura aliqua alicui forensi contra aliquem de dicta Terra, et si contrafactum fuerit non ualeat, et de tali cessionè ius aliquod non reddatur per Vicarium dictę Terrę Citernę.

De discordiis diuertendis inter socios. Cap.o 50.

Item statuimus, et ordinamus quod si discordia aliqua inter socios

idest inter aliques personas Terræ Citernæ, uel inter habitantes, qui fuerint socij in aliqua mercantia, uel societate alicuius rei, et unius illorum dixerit, uel petierit alterum debuisse, uel extraxisse, at habuisse aliquid de dicta societate, et ille qui petierit contra alterum non possit per testem, uel testes, uel Instrumentum, uel per confessionem aduersarij illos fuisse socios aut habere uel debuisse alterum eorum in dicta societate ponere, uel mittere, uel aliquid habuisse, tunc de prædictis questionibus duo homines illius artis, et mercantiæ periti dictas eorum questiones, et diffenire, et terminare bona fide, et sine fraude et si scripturam alterius dictorum sociorum appareret in qua aliquis sociorum dictorum aliquid debeat mittere in dicta societate, uel mercantia uel habuisse uel extraxisse de dicta societate aliquid illi tali scripturæ credatur, et stetur, ac si idem Instrumentum esset contra eum qui illam scripturam fecit, et quod Vicarius d. duos homines artis peritos cogat, et compellat dictas causas, et questiones finire, et componere infra mensem unum, et id quod iudicatum fuerit à partibus obseruari faciat, sub pena librarum uiginti quinque pro comuni soluendarum per non obseruantem.

Dè Diuisionibus fiendis Cap.o 51.

Statuimus, et ordinamus quod si aliquis habuerit aliquid edificium commune cum aliquo, uel aliquibus, et alter ipsorum illud edificium non tenuerit, uel non fuerit usus eo, non obsit ei uel eius heredibus non noceat prescriptio Longi temporis, uel Longissimi, et nulla prescriptio ei, uel eius heredibus preiudicium, uel nocumentum, seu impedimentum faciat ei, qui habet partem in communi edificio ex Longissimo contrario habito, et celebrato inter partes et si quis tenuerit murum, uel stillicidia sua, et caderent supra domum, uel terrenum alicuius, ubi sit murus comunis, ei qui habet partem in muro non noceat, quod in eius domum terrenum, uel aliquid edificium caderent stillicidia, sed teneatur Vicarius

ver-

remutari facere, et murum comunem facere de supra. si ille qui ha-
bet partem in muro noluerit edificium altius elevare, et si ille qui ha-
bet murum coopertum non murauerit plus partionario, uel consorte, in
quò casu non teneatur discoprire illum, nisi prius sotius, uel consors
eius expensas sibi contingentes in totum refecerit; dicimus etiam, quod
si quis habet cum aliquo comune aliquid edificium, et in ipso ue-
lit edificare, uolendo alios immittere lapides, uel ligna, uel
aliqua, que expedirent ad sensum ipsius, si à socio habet ex
pacto, quod de ipso edificio comuni distruere, et frangere possit
si uoluerit, dumodo non frangatur edificium, nec ledatur, ~~et illud~~
et illud quod frangerit, suis reficiat expensis teneatur etiam Vi-
carius omnia instrumenta manutenere conventiones, et pacta
que facte, et facta sunt, et erunt inter socios consortes partiales,
et heredes eorum, ut nullum contrarium fiat in domibus predictis, et
turribus, et alijs edificijs quibuscumque rebus omnibus indennes
eos faciat conservare, et si quis murauerit in muro communi
tanquam partionarius, uel consors murasset, et in d(ict)a facta esset aliqua
querimonia, Vicarius compellat partionarium, uel consortem facere
instrumentum sotio, quod murauerit ad laudum duorum magistrorum
de resoluendo eo quandocumque uoluerit eo uti, et nullus sotiorum
uel consortium possit aliter edificare in edificio comuni, nisi
prima fecerit instrumentum, ut dictum est superius continetur. Item
quod illi qui uoluerint in comuni edificio edificare, teneantur
requirere consortem tertia requisitione per instrumentum, et tes-
tes, et quilibet requisitio habeat spatium, et terminum decem die-
rum, et dictis requisitionibus factis, possit postea edificare, et mu-
rare sine contradictione alterius sotiorum, uel sotij, uel consortium
super edificio comuni, et ille consors uel sotius, qui murauerit
non possit dicto edificio uti, nisi primo reficiat expensas con-
tingentes sibi ille, qui murauerit, uel edificauerit in edificio co-
muni. Volentes insuper quod si aliqua persona pontem, uel tra-
bem, seu balconem, uel aliquod edificium super, uel supra

26v

domus, vel terrenum alicuius fecerit, quod Vicarius ad petitionem illius cuius est terrenum, sive domus infra unum mensem postquam petitus fuerit teneatur facere levare, et si non fecerit perdat de suo salario Libras decem applicentur comuni, et non possit absolutionem petere de predictis. Item si aliquis habuerit domum, terenam, vel molendinum, clausuram, vel agrum communes cum aliqua persona, quę non partita, seu divisa fuerint, et aliquis eorum pro suo nomine voluerit ad devisionem, et petierit ipsam divisionem fieri, Vicarius coram quo fuerit querimonia deposita teneatur precise, et debeat compellere ipsos, vel ipsas, cum effectu talem devisiones facere hoc modo, Videlicet, Vicarius ad petitionem cuiuscumque petentis devisionem fieri faciat coram se venire partes, seu Consortes in quos, seu quas res sint comunes, et eis percipe quod inter terminum infra ordinatum ab eo statuendum debeant esse in concordia, et si concordes de dicta divisione fienda de predictis rebus comunibus, et si infra dictum terminum predictę partes se non concordarent, seu non potuerint esse in concordia de dicta divisione fienda, tunc ad petitionem cuiuslibet consortis, iterato faciat dictas partes coram se venire, et compellere eas omni modo, quo sibi videbitur quod eligant, et componant amicos eorum comunes super dicta divisione fienda, et fieri facienda; et si predicti amici non concorderentur, tunc compellat eos stare in Palatio donec fecerint predicta, non obstante prescriptione alicuius temporis quo fuerunt dictę res indivisę possessę, et si ille cum quo dictę res comunes negaverit communes esse, tunc Vicarius possit et debeat summarie cognoscere de predictis et assignare terminum utrique parti ad probandum de iure suo sine oblatione Libelli, et si probaverit res comunes esse, tunc procedatur secundum formam huius Capituli, quod si Vicarius non fecerit perdat de suo feudo Libras viginti quinque denariorum, et hoc Capitulum sit processum, et locum habeat in omnibus rebus, de quibus peterentur, et cessarent partes, seu Consortes coram

Vi-

3 Vicario comparere postquam fuerit ex parte dicti Vicarij requisitus,
procedat Vicarius ad petitionem petentis, et ponat iudex pro parte Smoi
requisiti non comparentis unum ex consanguineis, uel agnatis, uel affi-
nem dummodo requisitio supradicta ter fiat quarum qualibet habeat
spatium trium dierum, et qui per talem sic positus, et electus et Vicarium
fiat, et procedat divisio, ac si per illum eadem positus fuisset, et electus
qui ad ponendum fuerat requisitus. Itemque si aliqua persona uoluerit ali
quid facere uel edificare murum, uel domum inter domum uel aliquid terrenum
edificium ipsius, et sui conuicini quod Vicarius coram quo positus fue
rit, teneatur ad petitionem uolentis cogere conuicinum uolentem edi
ficare ad edificandum simul cum persona, que edificare uoluerit
si erit persona que conuenienter hoc facere possit, alioquin cogat
eos facto instrumento uel de restituendo uel de reddendo medieta-
tem omnium expensarum, quas fecerit in dicto edificio inter menses, et
si fuerit pauper, uel inhabilis, et eius paupertas, uel inhabilitas ap-
probetur per priores comunis, si uero fuerit habilis teneatur soluere
in mense, et persona uolens edificare faciat expensas de suo pro-
primo, et dictus suus conuicinus restituat sibi mediam partem dicta-
rum expensarum dicti edificij facti, et completi infra dictum tempus, et
si Vicarius non fecerit perdat de suo salario libras XXV. denariorum
pro Comuni.

De Arboribus comunibus diuidendis. Capitulo 56.

Statuimus, et ordinamus quod si aliquis habuerit arbores com-
munes cum aliquo, et uoluerit aliquem incidere de predictis arbo-
ribus, non possit eum facere sine licentia consortis, et si uoluerit in-
cidere accedat ad curiam et petat divisionem de predictis arboribus
fieri, quam divisionem facere debeat infra decem dies postquam petitum
fuerit, et si concors infra decem dies non accesserit ad dictam diuisio-
nem fiendam postquam requisitus fuerit, puniatur in libris uiginti quin-
que pro banno, et nihilominus facere teneatur, dummodo et Vi-
carius in contumacia duo extimatores conuicini, qui ipsam di-
ui

diuisiones faciant eligantur uterum petiti, et predicta locum habeant ad preterita, et futura.

De arboribus pendētibus super terrenum alteriusu Capo. 53.

Ordinamus, et statuimus quod si aliquis habuerit arborem, uel Arbores fructiferam, et domesticam, que pendat super clausuram, uineam, uel terrenum sui conuicini, liceat, et possit dominus possessionis super quā dicta arbor, uel arbores penderent colligere fructus dictarum arborum pendentium super eius possessionem suo libito impunem, et ipso existente in eius possessione, et si dominus arborum iret ad colligendum fructus dictarum arborum sine Licentia in bonis sui conuicini possit accusari prò danno dato, et prò danno dato puniatur de arboribus siluestris, et non domesticis, possit Dnus possessionis super quā dicti Arbores pendent ipso incidi facere postquā per Vicarium denunciatus fuerit Liceat ei ipsa rem pendentem incidere facere per se, uel per alium quem uoluerit incidere, et incidi facere sine pena [facta prius querela Dno. Vicario, et si pp. preceptum incidere uoluerit, cadat in pena Librarum uiginti quinque prò comuni, et nichilhominus liceat Dno super quas possessiones arbores penderent impunè incidere, et incidi facere, et predicta locum habeat ad presentia, et futura.

De instrumentis reficiendis, et qualiter instrumementa sumi ex rogitis Notariorum mortuorum et quilibet possit habere copiam Capo. 54.

Item statuimus, et ordinamus quod quando quis poterit refici

ali:

aliquod instrumentum ex aliquo rogitu, quod iam fuerit completum debeat coram Dño Vicario, et partem citari facere, quae ueniat ad contradicendum quare non debeat dictum rogitum refici, et compleri, et si pars non comparuerit in termino, et non assignauerit legitimam causam quare non debet refici Vicarius teneatur precipere, et mandare notario quod illud debeat reficere, et complere.

Item dicimus quod nulla persona audeat, et presumat ostendere alicui instrumentum, uel rogitum alterius sine licentia illius, ad quem pertinet, nisi mandatum habuerit à Vicario ad penam librarum decem denariorum prò qualibet contrauenientem, et qualibet uice statuentes insuper quod quando contingerit aliquem notarium mori uel in testamento suo comisserit alicui sua rogita, seu protocolla complenda quod filij dicti notarij mortui, quod sint notarij illa sumere et complere, et cancellare possint sine aliqua commisione de nuo fienda, et si non essent filij morsui dicti notarij mortui quod tunc commissio dictorum rogitorum, et protocollorum Dni. Priores dictae Terrae prò tempore existentes, et Vicarius debeant, et possint commitere alicui notario de dicta Terra, qui possit alia rogita, et protocolla cancellare, et instrumentum sumere, et complere, et talia instrumenta completa per dictum notarium ualeant, et teneant, ac si essent completa per notarium, qui de eis fuerit rogatus. Addentes insuper quod quilibet notarius possit propter absentiam diuturnam uel grauem infermitatem sua rogita committere alicui notario antedicto, qui possit ea complere, et autenticare, et rogita cancellare, et ei fides adhibeatur, ac si completa essent per notarium, qui ea rogauerit. dicimus etiam quod si aliquid Instrumentum reperiatur cancellatum apud debitorem, cum subscripta falsa facta in presentia duorum testium presumatur debitum esse solutum, nisi ille cuius instrumentum diceretur fuisse uelle probare per testes quod admisserit dictum Instrumentum, uel fuerit sibi furto subtractum, quod tunc talis cancellatio non noceat sibi, si predicta probauerit, et si creditor fuerit satisffactus de suo credito ad petitionem debitoris teneatur facere rogitum cancellare, et si habuerit instru-

men

tum completum teneatur reddere illud debitori cassatum saltem in tribus locis ad penam Librarum quinque pro comuni pro quolibet, et qualibet vice quâ contractus fuerit. Item quod si aliquod Instrumentum, vel scriptura reperiretur in comuni quę prodesset, vel prodesse posset alicui personę sive pertineat ad ipsum, sive non principaliter. Dni Priores qui pro tempore erunt, teneantur, et debeant facere fieri copiam talis instrumenti, vel scripturę illi, q petierit, dum tamen non noceat comuni. Item quod Vicarius possit, teneatur, et debeat facere fieri copiam instrumentorum, et scripturarum, quę essent, vel reperientur penes alium ad petitionem cuiuscumque petentis, dummodo iuret sibi modo aliquo petenti prodesse, vel prodesse posse, quamvis ad eum principaliter non expectent recepta tamen petenti mercede. Item quod nullus Notarius possit sumere, vel complere aliquod instrumentum ex rogitis cancellatis sine mandato Dni Vicarij, et si compleuerit non valeat nec teneat, et nichil ominus talis Notarius puniatur pena Librarum decem pro comuni, et si quis corrumperit Notarium ad predicta facienda puniatur arbitrio Dni. Vicarij.

Quod Dni. Priores Vicarius, et Cancelarius possint facere comparationem Literarum Capo. 55.

Item statuimus, et ordinamus q quia interdum Notarij de Terra Liternę, et eius comitatu, et districtu habitantes interdum morte perveniunt, vel aliqua causa ipso cum rogita, et protocolla in quaternis eorum rogitorum, et protocollorum extensa, vel non extensa non scribentur. Item in aliquibus cedulis, cartis, vel aliquibus alijs quaternis non autenticis, quod cedit ad damnum privatarum personarum, non modicum, quod predicta rogita, et protocolla in quaternis ipsorum Notariorum mortuorum non posita, sed in cedulis, seu quaternis non autenticis existentia facta comparatione ipsorum rogitorum in quaternis Notariorum predictorum discriptorum, seu ipsarum scripturarum ad scripturas, et rogita in quaterno ipsorum Notariorum mortuorum

scri

scripta, uel ad alia, istrumenta presentia dictorum dominorum Priorum, Vicarij, et cancellarij deliberatione eorum habita quod sint eiusdem manus notarij mortui scripta, debeant publicari, et in publicam formam redegi, et autenticari per deputatum, seu deputandum ad publicandum, seu autenticandum rogita, et scripturas dictorum notariorum mortuorum, quibus sic publicatis, autenticatis presentis statuti uigore plena adhibeatur fides.

Quod quilibet per se, uel per Procuratorem possit appellari Cap.° 56.

Statuimus, et ordinamus quod quilibet de Terra Citerne per se, uel per Procuratorem suum possit, et liceat appellare ab omnibus, et singulis grauaminibus, positionibus iudicialibus, pronunciationibus sententijs difinitiuis, et nullitatibus ipsarum, uel cuiuslibet ipsarum, et declarationibus, aut interlocutorijs a quibus de iure ciuili appellari liceat factis illatis, et datis per dominum Vicarium dicte Terre, uel eius Officialem ad Dominos Priores dicte Terre, qui Domini Priores sint, et esse debeant iudices primarum Causarum appellationum a dictis sententijs, et grauaminibus, et interlocutorijs supradictis, et super nullitate dictarum sententiarum, et interlocutionum atque declarationem per eos Dominos Priores tunc in Officio presidentes cognosci, et expedire, et terminare debeant ad Sanctissimum dominum nostrum Papam, et ad quemlibet eius legatum legationis legati, aut ad quemlibet Gubernatorem Ciuitatis Castelli per Suam Sanctitatem deputatum, et dicti Domini Priores teneantur, et debeant in huiusmodi Causis appellationis procedere secundum formam, et tenorem presentium statutorum de appellationibus, et partes tractare in omnibus, et per omnia prout seriatim inferius demostrabitur.

De appellationibus. Cap.° 57.

Ordinamus etiam, et statuimus quod quilibet qui se senserit grauatum et oppressum, et cui uidebitur appellare, et placebit coram Domino Vicario et eius Officiali tempore late sententie uiua uoce appellare ad dictos

23v

ctos DD. Priores, et aliquali scriptura de qua sit rogatus Notarius bancarius civilium, et infra decem dies proxime futuros à die latæ sententiæ computandos in scriptis teneatur, parte citata se præsentare ante conspectum DD. Priorum in loco deputato, et solitæ residentiæ dictam appellationem præsentare, et porrigere, et causas gravaminum ibi assignare insertas in dicta appellatione, quo facto per DD. Priores admissa in quantum teneantur dicta appellatione inhibitoria præsentata, et ab eis reportata coram ipso Dno Vicario, vel Officiali in causa supersedeatur per eum, et nil penitus innovetur, vel actitetur, q. si in aliquo fuerit actitatum, vel renovatum per d. Dnum Vicarium, pendente dicta appellatione, et sic interpositis, et reportatis Instis inhibitorijs ipso iure non valeat, nec teneat. Nec ipse Vicarius possit, nec debeat appellantem impedire per directum, vel per obliquum in dicta appellatione, vel eius prosecutionem sub pena librarum quinquaginta denariorum de suo salario retinendarum per Camerarium Comunis Terræ Liberæ si contrafecerit prædictis omnibus in præsenti statuto denotatis. Addendo tamen quod quilibet appellans infra dictos decem dies restituat parti adversæ habenti sententiam pro se omnes expensas, ad quas appellans in dicta prima sententia extiterit condemnatus, quas si non solverit, aut depositum fecerit non audiatur; liceat tamen appellanti renunciare per se, vel per Procuratorem infra dictos decem dies appellationi.

De modo et ordine procedendi in appellationib. p. Dnos Priores Cap. 58.

Etiam statuimus quod dicti DD. Priores iudices appellationum ut supra omni conatu proposse curent, gerent, et operent partes coram ipsis comparentis ad concordiam reducere, et tractare pacem, et quietem ipsorum et à litigijs ipsos deducere, quod si per ipsos fieri non potuerint advocent ad se duos, vel tres bonos viros bonæ conditionis, et famæ, qui duo, vel tres boni viri sint, et esse debeant cum dictis DD. Prioribus, vel

vel sine eis, si eis videbitur ad petendum concordiam inter Litigantes quod si tandem per dictos bonos viros sic vocatos nulla pax litigantium tractare poterint, prefati DD. Priores causam ipsam inter fatalia per consilium sapientis hoc modo difiniatur videlicet reclamatione facta per appellantes in causa gravaminis incerca legittimatis personis ubi fuerit opus, absque Libello Litis contestatione, iuramento calumnie et alijs solennitatibus, atque ordinibus iuris, et iudiciorum substantialitatibus detur per eos ad istantiam partis, et partium quinque dierum solum tantum utique parti ad iustificandum, et impugnandum, et aliorum quinque dierum ad probandum, et probatum habendum arbitrio Priorum per omnem modum, et genus probationis, et dicto termino elapso detur terminus unicus, et semel tantum ad accipiendum copiam de predictis, et probatis, si quae producta, et probata sunt, et opponendum, et probandum, et probatum contra ea utique parti quo termino elapso per sententiam, sive consilium sapientis debeat decidere, et terminare quanto citius poterit infra fatalia concluso in Causa, et omnia, et singula acta, et attitata tam coram Vicario, quam coram eis concordari faciant, et simul legi, et in saccalo poni, et sigillari sigillo Priorum, et ea omnia alta tradant Cancellario, sive Notario eorum, qui non eligaretur suspectus ab aliqua partium, et cui consultari voluerint, scribant, et scribi faciant atque comittant, dummodo consultor ille non sit suspectus alicui partium puta si fuerit dictus Consultor advocatus in Causa, aut non eo contraheret grandis amicitia cum Vicario, vel partibus declarentque salarium consultoris, et ministri moderate tamen secundum qualitatem Cause quod salarium integrum appellans deponere teneatur die declarationis unius ex dictis Prioribus in pecunia numerata apud Notarium Cause, aliter appellatio sit deserta ipso facto, et Dominus Vicarius procedat in Causa, et si appellatum non fuisset quo salario deposito Domini Priores sub vinculo iuramenti, quanto magis oculte poterint partibus ignorantibus sine fraude, et humana quelibet postposita gratia ea trasmittant consulendum consultori perito, et fido de quo nulla sugeat sinis-

tra

tra suspitio, et sub fido numptio, qui numptius si fidem non servaverit puniatur de facto per ipsos DD. Priores in Libris quinque denariorum et perdat salarium, et dicti DD. Priores faciant, et curent quod consilium revertatur quanto citius poterint scribentque consultori considerata tamen dicta via Locorum, et consilio reverso aperiatur ipso die, vel sequenti monitis partibus, et pronumptietur per eosdem Priores, vel duos ex eis in omnibus, et per omnia secundum formam ipsius consilij, de qua pronumptiatione fit rogatus Notarius ipsorum, et dies tempora que currerent à die trasmissionis consilij, usque ad diem reversionis non computentur, nec sint de istantia causæ appellationis.

Item super premisso Cap.º Dni. Reformatores declaraverunt illud quod disponetur in principio dicti Capituli de querendo partes componere non esse de substantia processus minusque de solemnitate sed tantum ad bene esse, et ex urbanitate.

Item quatenus in eodem Capitulo disponitur quod non requiratur libellus solemnis, sed bene scriptura continens reclamationem et appellationem cum insertione causarum gravaminis, ne procedentibus advertitur.

De instantia appallationum ad Ddos. Priores. Capº. 59.

Item statuimus, et ordinamus quod quicumque voluerit infra decem dies à tempore et diffinitivæ sententiæ numerandos suam appellationem interponere, et secundum formam superius traditam ab ipso die x. infra viginti quinque dies continuos prosequi, et per diffinitivam sententiam facere terminari, quibus elapsis appellans amplius non audiatur, sed prima sententia firma maneat, et exequatur per Vicarium nisi per partem steterit appellatum, vel per ipsos priores iudices appellationem habentes iustum, et evidens impedimentum de quibus extiterit, et declaratum fuerit cum iuramento eorum in dicta tempora qui cessi ratione dictæ declarationis impedimenti restituatur, et restitutum esse intelligatur tantum.

tum.

tundem tempus impedimenti non ultra, et hoc in ciuilibus causis. Siue-
rò negligentia, uel culpa Donorum Priorum infra dictam istantiam causa
appellationis, non fuerit terminati, et decisa soluant, et condemnentur
per Dnum Vicarium parti appellanti et leso in solidis quinque prò quoli-
bet floreno, et perdant eorum salarium, q ipsis contingit prò mercede, et
Labore eorum.

In Criminalibus uerò appellare teneatur infra quinque dies à tempore
sententie, seu condennationis continuo numerandos, et ab ipso tanto die
infra quindecim dies ipsam appellationem prosequi facere infra quem ter-
minum si prosecutus non fuerit sententia seu condemnatio rata, et firma
permaneat, nisi iustum, et euidens impedimentum iudicis intercederetur
et constaret, et tunc tantundem temporis solumodo restituatur, et resti-
tutum intelligatur ut supra circa ciuilia dictum est, et dictam condemna-
tionem infra secundum diem post quartam decimam diem, et tempo-
ra restituta q restitutionis locus esset soluere debeat sine incur-
sione quarti, et quod dictum est de appellationibus à sententijs cri-
minalibus non derogetur statuta penalia posita in presenti uo-
lumine statutorum, uolendo penam pecuniariam de facto soluendam
esse ab interlocutorijs autem ante tempus diffinitiue sententie, ne-
que post liceat appellari in Ciuilibus, et criminalibus, nisi in ca-
sibus illis, in quibus à iure ciuili appellari conceditur, quibus casibus
sentiens se grauatum possit, et debeat appellari infra tres dies à
die late interlocutorie, uel illati grauaminis numerandos, et
cognosci, et determinari debeat in quindecim dies continuos à die
interlocutorie uel illati grauaminis possit, et si appellatio facta
non fuerit infra tempus, uel non prosecuta, et terminata Iudex prin-
cipalis cause ad ulteriora procedat, nec amplius eius officium sit sus-
pensum, et an sit in casibus in quibus de iure ciuili appellare conce-
ditur stetur declarationi consultoris eligendi per dnos Priores, qui te-
neantur infra quinque dies à die productionis actorum continuo nu-
merandos declarare, et appellare potuerit, nec nè aliter eo termi-
no elapso procedatur in principali causa, et uictus uictori in quo-

Li-

31v

quolibet predictorum casu omnes expensas legittimas cum effectu resarciat anteq. audiatur, uel admittatur aliquod per iudicem, siue Vicarium. Itemq. quilibet appellans ab interlocutoria, uel diffinitiua causa nullitatis semel, et semel, [T° inducere, et tentare possit, et debeat, ac possit, et teneatur, et simul] agitare debeat utrumque iudicium, et per iudicem appellationem terminare, et decidi et omnes termini in appellationibus statuti intelligantur, et sint etiam in causis nullitatis institutis, et quolibet tempore etiam feriata tempora sui fatalia currant continue duntaxat in honorem Dei, et Apostolorum XII. et in onore Virginis mariæ introducta non fuerint tempora siue dies.

Circa contenta in premisso Capitulo considerantes nimis modicum spacium esse ad prosequend. et finiend. causa appellationis tempus uiginti quinque dierum currentium, ut in dicto Capitulo in melius reformantes decreuerunt istantias causarum appellationis a XXV. Libris infra spirare spatio dicti temporis XXV. dierum currentium, in maioribus uero summis instantias causarum appellationis durare uoluerunt spatio quinquaginta dierum currentium, et continuorum in appellatione interlocutoria nichil innouantes, statientes appellanti sufficere expensas realiter deponere, et idonee in reliquis confirmantes.

Quod Vicarius com. conatu debeat exigere condemnationes suas, et predecessorum. Cap° 60.

Statuimus, et ordinamus ad hoc ut Officiales sint sollicitii ac uigiles ad exigend. condemnationes factas, et latas per se ipsos, nec non per eorum antecessores, quod Vicarius dicti Castri qui pro tempore fuerit si exigerit condenationes habeat, et habere debeat solidos duos pro qualibet libra denariorum, et qualibet condmnatione pro illa quantitate que effetualiter in comuni fecerit peruenire, qui duo solidi soluantur d. Vicario per Camerarium dicti comunis de dictis exactis condemnationibus statim post prefatam exactionem.

De modo petendi copiam alicuius Instrumenti. Cap.o 61.

Ordinamus etiam quod si aliquis debitor peteret copiam alicuius Instrumenti petitionis narrationis sive Libelli ab aliquo creditore suo Vicarius sibi dare faciat, ac etiam det sibi terminum ad opponendum prout ei videbitur de iure convenire, et si debitor talem copiam petens esset persona suspecta, aut non esset idoneus ad solvendum antequam detur sibi dicta copia prestare debeat idoneum fideiussorem de iudicio sixti, et iudicatum solvendo si petitum fuerit per suum Creditorem aliter detineatur in Palaxio dicti Comunis seu Carceribus ad petitionem sui Creditoris, donec fuerit cautum, vel satisfactum.

De arbitrio Dni Vicarij Cap.o 62.

Item statuimus quod quilibet debeat iustis, et equis mandatis Dni Vicarij, et eius Officialis per eos factis, vel fiendis occasione eorum offici exercendi in Civilibus causis obbedire, in quibus Vicarius possit imponere penam cuilibet persone solidorum viginti pro primo precepto, in secundo vero precepto solidorum xxxx. in tertio vero precepto ab inde supra sit ad arbitrium ipsius Dni Vicarij penam quam voluerit imponere cuicumque persone. In Criminalibus vero possit imponere penam cuicumque persone venienti mandata ipsius Dni. Vicarij, pro primo precepto usque in solidorum quantitate xl. pro secundo vero precepto in solidos Centum; in tertio vero precepto ab inde supra sit ad arbitrium ipsius Dni. Vicarij, et si dicte pene imponende per d. Dnum Vicarium, vel eius Officiales aliter imponerentur. quæ quo modo predicto non possit exigi, nisi ut supra declaratum est.

De modo respondendi positionib. Cap 63.

Statuimus, et ordinamus quod quando contingerit aliquem responde

re

32v

re simpliciter super aliquibus positionibus respondens teneatur respondere simpliciter sine aliqua obscuritate, uel ambiguitate uel habeat pro non responso, et pars quæ faceret positiones uellet quod Aduocatus, uel procurator respondentis remoueretur. Vicarius teneatur mandare tali Aduocato, uel Procuratori, et eos cogere quod debeant inde recedere sub pena eius arbitrij auferenda, et quando aliquis interrogetur de facto suo debeat statim respondere, si uero de facto alterius debeat ei statim terminum ad Liberandum dare, si petierit.

Dè mercede scripturarum Notariorum Capº. 64.

Ad hoc ut tabellionatus officium sit ab omni humana gratia liberum tollatur quod deinceps alteratio de scripturarum salarijs, statuimus, et ordinamus quod nullus Tabellio cuiuscumque Officij per se, uel per interpositam personam modo aliquo, uel per se audeat requirere, aut suadere alicui persone de rogando se de aliquo suo contractu, siue testamento, uel aliqua scriptura, uel quæ ad eius officium pertinet, uel spectet, et quod non rogatus presumat uerbo, uel facto alicui iniurari pena periurij, et notarius contratista pro rogando se de quorumcumque contractu, siue rogito habere debet pro qualibet parte bononenum unum

Item pro rogito cuiuslibet testamenti bononenos quatuor
Prò Codicillo bononenos quatuor
Prò tutelis bononenos quatuor
Prò inuentarijs bononenos quatuor
Prò sponsalitijs bononenos quatuor in Terra Citernæ in contatu uero bononenos quinque prò quolibet rogitu dictorum Instrumentorum et aliorum in comitatu dictæ Terræ recipiant duplum.

Item prò quolibet Instro in publicam formam reddendo à XX. florenis infra bononenos quindecim, à X.X. uero florenis, usque ad quinquaginta bononenos XXXII, à quinquaginta florenis, usque ad Centum florenos florenum unum, à Centum uero florenis supra, usque ad quarumcumque quantitatem, et summam unum florenum prò qualibet Centena:

nario valoris, et pretij rei contractę intelligendo semper bona fide, quod salarium

Item de Compromissis, et laudis bononenos uiginti

Item pro cassatione Instrumenti bononenos quatuor.

Et dicti Notarij, et contractistę teneantur omnia eorum Instrumenta cuiuscumque generis sint, de quibus rogati fuerint mittere in eorum Libro protocollorum extendere, et illa ostendere cuiuscumque petenti iurisdictionem habentis in dictis Instrumentis ita esse soluta tamen competenti mercede prout supra de rogatione dictorum Instrumentorum, et non teneantur dicti Notarij contractistę presentari in iudicium aliquod Instrumentum, nisi primo petens tale Instrumentum produci soluat eidem Notario salarium, et mercedem suam tamquam si dictum Instrumentum eidem petenti in publicam formam redigeret. Item pro quolibet Instrumento pacis, et treuguę bononenos quatuor, pro rogitu in publicam uero formam redactis secundum equiualentiam rei ut supra.

Item pro quolibet instrumento procurę generalis in publicam formam florenum unum. Item quod omnes Notarij, et contractistę dictę Terrę non teneantur ponere extensa aliquod Instrumentum in eorum Libris, seu protocollis si de dictis rogitis non fuerint à partibus soluti, et satisfacti, ut supra; Pro quolibet petente uidere Instrumentum extra iudicium bononenos duos.

Dd. Scripturarum sit pro illa quantitate precisa, prout loquitur statutum, et non gradatim incipiendo a florenis pro: et ut sequitur procedendo, sed solum de quantitate precisa, de qua loquitur in Statuto. Item pro quolibet Instro Procurę ad Litem, et Causas tantum bononenos 14: usque ad Centum florenos à Centum vero supra florenum unum pro quolibet Centenario. T. de Compromissis

In quib. casibus appellari non liceat Cap. 65.

Ordinamus etiam quod à sententijs datis per Priores supra grauaminibus, et preceptis, et interlocutorijs non habentibus uim difinitiuam super ciuilibus causis ulli sit licitum appellare, et appellauerit non audiatur appellans, sed quę per Priores super predictis facta erunt plenam roboris habeant firmitatem.

Item quod in processibus fiendis per Vicarium circa cognitiones causarum maleficiorum ante difinitiuam sententiam appellari non possit. A' sententijs uero difinitiuis, uel interlocutorijs habentibus uim difinitiuam in Ciuilibus causis datis per dominos Priores, et eorum Officiales in prima appellatione, si prima sententia fuerit approbata, non liceat apellare, si uero fuerit recisa, siue pronunptiatum male fuisse iudicatam et bene appellatum tunc liceat appellari quemadmodum infra eadem

tempora appellari liceat audire secunde Cause, et Priores appellationis à quo fuerit appellatum, teneantur, et debeant pena librarum XXV. denariorum infra tres dies computandos à die interposite appellationis dictam Causam appellationis committere, et delegare neutri parti suspecto, et talis Judex cui fuerit talis causa appellationis commissa, et delegata possit, teneatur et debeat de ipsa Causa cognoscere, et terminare infra tempora, infra que potest Judex prime Cause appellationis cognoscere, et terminare. Insuper non liceat alicui appellare à precepto facto per dominum Vicarium qui persone petit alicui quod nollet dare fideiussorem, vel quod aliquis debeat comparere coram eo, vel ut se excuset, vel debeat Libello, vel positionibus respondere, vel ut faceret iurare testes, vel publicare, vel allegare de iure suo, vel dare suspectos, et confidatos, vel se remouare, et audire sententiam, vel respondere utrum vellit esse heres alicui, vel si se immiscuerit hereditati, vel si possiderit aliquam rem. Item quod postque Vicarius precepit alicui de aliquid soluendo faciendo possit, et debeat elapso termino pronuntiare.

Quod nullus forensis possit emere bona stabilia in comitatu Citerne Cap. 66.

Item statuimus, et ordinamus quod nullus forensis in posterum possit accipere aliquam rem immobilem per venditionem donationem inter vivos per permutationem quoquo modo, et si contrafactum fuerit ipsa venditio, donatio, et permutatio sit cassa et vana ipso iure, et nullius efficacie vel valoris, et nichil ominus condemnentur tamen emens, quam vendens in Libris quinquaginta denariorum pro quolibet, et qualibet vice et res talis deveniat in comuni, et quilibet possit accusare, et denuntiare, et habeat medietatem banni, et teneat, et debeat Vicarius inquirere, et procedere super predictis, et culpabiles repertos, punire, ut supra dictum est, quod si negligens fuerit, in libris centum denariorum per Priores, et Sindecum Communis Citerne condemnetur de suo salario retinendarum, et hoc locum habeat ad presentia, et futura.

Quod nullus forensis possit laborare cum Bobijs in comitatu Citerne Capº. 67.

Statuimus, et ordinamus quod in futurum nullus forensis possit, nec debeat quo quo modo laborare, seu laborari facere cum Bobus terras, et possessiones existentes in Comitatu Terre Citerne tam suas, quam alienas sub aliquo pretestu, colore, sub pena librarum centum denariorum pro Comuni auferendarum, in quam penam incidat tam qui dederit dictum terrenum ad laborandum, quam qui accepit, et hoc locum habeat ad presentia, et futura.

Dè represalijs comictendis Capº. 69.

Item statuimus quod si aliquis Civernensis ab aliquo speciali forense, uel aliqua universitate comunita, terra, loco, uel eorum territorio damnum aliquod indebite persone, uel in rebus, occasione aliqua precepit, uel modo aliquo substinuerit aliquam iniustitiam, uel grauamen, et de predictis iniustijs grauaminibus siuè damnis coram Domino Vicario, siue dominis Prioribus de regimine proponendo querelam petierit sibi prouideri contra talem personam, uel locum, et universitatem, ubi, uel in quo loco territorio ipse Citernensis predicta substinuerit uel grauatum, uel dannificatum fuerit, uel ubi dè debito, uel credito non fuerit ut conuenit satisfactum, Vicarius cum consensu duorum priorum de regimine, recepta dicta querela, et petitione ipsius Citernensis faciat dictam Comunitatem, uel locum ubi fuerit talem grauamen, et dannificatio commissum per literas comunis tamen expensis petentis v[idelicet] qui, que littere requirant dictam Comunitatem, uel locum continenses in se totum factum seriatim, et querelam expositam coram eis, et quod tali querelanti satisfiat à suis debitoribus, et suis indemnitatibus prouideatur, uel qui à dictis à quibus fuerit illata iniuria satisfiat, que l[itte]re mittantur per iuratum nuncium, et deputatum, et stetur eius relactionè, quas faciat, et facere debeat coram Vicario, et eius curia, que quidem l[itte]re registrentur in actis, et libris comunis dicte Terre, et Curie prefati d[omi]ni Vicarij, et scribatur etiam

com-

comissio nuntio facta, et dictarum litterarum presentatio, et nun[tij] relatio, et si, scilicet dictarum litterarum talis iniuriatio, et dannificatio non fuerit de suis damnis satisfactus, ut conuenit ipsum scribatur, et mittatur ambasciatores pro parte dicti comunis, et requiratur dicta comunitas, et rector eius, ut dicto tali dannificato, et iniuriato satisfiat, ut dictum est, et si per Vicarium, et regimen talis terre satisfactum, et prouisum non fuerit, ut decebit, per Vicarium dicte Terre Ciserne, et maiorem partem dominorum Priorum, et aliorum de Consilio dicte Terre Licentia concedatur capiendi, restandi, et retinendi de bonis d.o Comunis, uel spetialium personarum usque ad satisfactionem condignam, qua satisfactione facta dictas represalias ~~d Comunis~~ decernimus imposterum per dictas indemnitates non ualere, imo ex nunc, prout ex tunc denegamus, et nulla persona possit uti in Terra Ciserne, uel eius districtu aliquibus represalijs concessis per alium modum, nec aliter Dnus. Vicarius possit dare, uel concedere familiam alicui, uel ad petitionem alicuius persone causa utendi dictis represalijs obtentis, uel concessis per alium modum q. ut dictum est sub pena ducentarum librarum Dno. Vicario auferendarum si contrafecerit, et qualibet uice, et tantundem soluere debeat, et condemnari quelibet persona, que alio modo uteretur represalijs quam modo supradicto.

De represalijs tollendis. Cap.o 70.

Statuimus ordinamus, et q. officium studium atque cura sit, et esse debeat Dno. Vicario Terre Ciserne pro represalijs, que concederentur imposterum contra Comunem Terre Ciserne uel speciales personas per aliquas comunitates terrarum, uel castrorum tollentur, et leuentur omnibus modis q[ui]bus potest, et teneatur, et debeat idem Dnus Vicarius compellere, et cogere cum effectu realiter, et personaliter unum, uel plures Cisernenses eiusdem, uel quorum ocasione represalie concesse fuerint q. dictas represalias auferri, et tolli faciant in totum, et omnino, et q. ille de iure respondeat ad cuius istantiam, et cui concesse

fue

erint dictę represalię, et si aliquis passus fuerit damnum occasione re-
presaliarum concessarum occasione alicuius Civernensis ille talis cuius oc-
casione concessę fuerint, teneantur, et debeant satisfacere solventi quod
solverit, et omne damnum quod inde substinuerit, atque interesse, et expen-
sas, preterque si dictę represalię, iniquè, indebitè, et contra Jus et iusti-
tiam fuerint concessę, et indultę, quo casu cuius occasione indultę fue-
rint dictę represalię coram Dno Vicario debeat ostendere, atque liqui-
dare de iniustitia, et iniquitate dictarum represaliarum.

Quod creditor cedat iura debitori soluenti uel fideiussorem Capº 71.

Ordinamus etiam quod si plures essent debitores pro uno debito obbli-
ganti, et ipsorum aliquis solverit creditori sive fideiussori pro alia perso-
na ipsum debitum solverit pro debitoribus obbligatis, teneatur cre-
ditor iura, et actiones cedere solventi debitum contra alios debitores
et obbligatos detracta parte tangente ipsi debitori, et si creditor iu-
ra non cesserit dicto modo de facto in Centum solidis puniatur, et ipsi
creditori iura cedere volenti ad solvendum debitum non cogatur, et debe-
at creditor in cessione fienda dare instrumentum debitori predicti
publica cum effectu, et si publicata non essent ea facere publicare
et cancellare abreviaturas suis expensis ad petitionem creditoris et
si debitor vellet Instrumentum quietationis debiti soluti illud idem
facere teneatur, et debeat creditor ad petitionem fideiussoris debitum
solventis ad dictam penam et non possit aliquis Civernensis dare, nec
concedere iura alicui inimico capitali illius contra quem cessio
fieret, et si aliter cessio fieret non valeat ipso facto, et non possit ali-
quis Civernensis iura, et actiones recipere ab aliquo forense contra
aliquem Civernensem, et qui contrafecerit solvat bononenorum Centum solido-
rum, et eius cessionem, vel receptionem non valeat in aliquo, et petitio
facta non audiatur contra predicta, et hoc locum habeat ad presen-

tia

ria preterita, et futura.

Salvo, et excepto pro eo debito creditori forensi foret obligatus aliquis Civernensis cum aliquo Civernensi seu tanquam fideiussor seu principaliter quo casu iura, et actiones cedi possint non obstantibus predictis. Et si plures debitores ad aliquid debitum principaliter, et in solidum obligati si aliquis ipsorum solveret debitum creditori, alij debitores teneantur pro rata debiti soluti ei qui solverit, et ad damna, et expensas, detracta parte contingente eidem solventi, si ille qui solverit aliter solvere non providerit per modum cessionis, et predicta dominus Vicarius observari faciat summarie, et de plano, sine strepitu, et figura Iudicij

Quantum ad disposita in antedicto Cap.o attendentes qualiter in eodem volumine statutum in Cap.o posit sub rubrica de iuris cessione facta à forense est prohibitum ne à forense iura cedantur contra Civernenses etiam quod cessionarius sit Civernensis sub pena Librarum viginti quinque denariorum et in hoc Cap.o circa medium idem prohibetur sub pena solidorum centum et ita variant. Propterea decreverunt esse locum pene librarum XXV denariorum de qua in dicto Cap.o 49 quid, quid scriptum reperiatur in hoc Cap.o, cui iltera hoc expresse derogaverunt.

Qualiter cogatur ad rem restituendam datam ad laborerium Cap.o 72.

Item statuimus quod si aliquis aliquam rem conduceret, vel ad laborandum intraret, que esset de bonis alicuius Civernensis, vel que pertineret iusto titulo ad aliquem Civernensem, et post huiusmodi conductionem, seu ingressum eandem rem conduceret ab aliquo Clerico, seu persona Ecclesiastica, seu Laicali teneat talis conductor ad restituendam dictam rem seu possessionem liberam, et expeditam illi Civernensi, seu districtuali, non obstante quod dictus conductor rem ipsam non possideret, et etiam teneatur satisfacere primo Locatori

sive illi ad quem spectabit dicta possessio omnes fructus, qui ex ea percipi potuisset, et Vicarius, recepta fide de prædictis, teneatur eas executioni mandare absque Libello, sine strepitu forma, et figura iudicij.

Dè dando fideiussionem int. litigantes. Cap.o 73.

Quoniam Idolorum servitus semper fuit, et est avaritia, et ob malorum cupiditatem hominum malitia semper crescit in malum, idcirco ne per bona temporalia homines inter se offendant, percutiant atque interesse inter faciant, determinamus, et ordinamus, quod Dnus Vicarius Terræ Citernæ teneatur et debeat (ut pacis amator), et quietis huius Loci personas coram se insimul Litigantes, ultra cautiones &c. eos præstand., de quà caveret in præsenti volumine statuti cogere, et compellere cum effectu omni mora posposita realiter, et personaliter à principio, sive exordio litis motæ per supradictos ad cavendum, et idoneam fideiussionem præstand. secundum qualitatem, et conditionem dictorum litigantium, et arbitrio suo de seipsis ad invicem non offendendo, nec offendi faciendo in bonis, et rebus, et personis per aliquem ipsorum sub pena Dno Vicario non exigenti à dictis litigantibus in quolibet ipsorum dictam cautionem, et fideiussionem Librarum quinquaginta denariorum de facto de dicto suo salario auferendarum.

Quod Prores. actores adminisres. teneant. restituere bona principalium suorum Cap.o 74.

Statuimus, et ordinamus quod Prores. actores, et curatores fideicommissarij, et factores, et administratores aliarum rerum, qui confessi fuerint per publicum Instrumentum seu Lram, seu quæ in eorum Libris continerent. vel alio legittimo modo apparet quod ad eorum manus aliquid pervenisset de bonis alicuius, quorum bona administrasset sivè pro quo fuisset procurator cogatur

per

36v

per Vicarium ad restitutionem rerum confessatarum, seu receptarum dño. uel eius heredibus, uel ius suum habentibus, et confessiones ille habeant pro plena probatione, et efficaci promissione, et executioni mandetur con eos, et eorum heredes, et bona tanquam si essent instrumenta quarantigie, et bona ipsorum obbligatorum per Lras. seu Librum sint obligati dño, et eius heredibus sine preiudicio ipsorum qui dicta fecissent confessionem non tamen preiudicet alicui creditori habenti instrumentum quarantigiatum, et etiam si factum fuisset post illas confessiones, seu scripturas salvo si Dominus steterit duodecim annis à quibus non peteret ~~rationem~~ rationem sibi reddi dicte administrationis post confessionem seu administrationem factam quod deinde petere non possit administrationem predictam, sed sint dicti administratores, et habentes Liberaliter absoluti, et preiudicet dicta taciturnitas dictorum duodecim annorum minoribus XXV annis quibus minoribus obvenuerunt, modo, et forma de quibus est superius expressum in Rubrica de Tutoribus dandis in fine Capituli ~~tm~~ presenti volumine statutum ubi tantum est satis plene; et predicta locum habeat in Creditoribus eorum dominum in abentibus eorum iura cessa à dictis domis, et habentes dicta iura cessa cogatur dictis duodecim annis elapsis ad quietandum super dictas personas de iuribus sibi concessis per dictos dominos reservato iure ipso cessionario contra dictos cessores iurium predictorum, et si contingerit aliquem ex dictis administratoribus fraudolenter, et malitiosè se absentare, uel absentatus stare à Citerna et eius districtu et non restituere dictas res, uel administratas, tunc sit in arbitrio Dñi Vicarij presumere dicta malitia, et fraude, et eis pro Libito observare Creditorem in tenuta mittere bonorum illorum absentium, et adiudicare prout Creditor voluerit.

Quod nemo cogatur dare bestias ad vitturam. Capo. 75.

Ordinamus etiam quod Vicarius Terre Citerne non cogat aliquem ad dandam Bestias ad Vettura aliquas sine precio, neque aliqua arma, sed

cum

pretio prosacto comuni solito cogat dare, uel ire ad uetturam data sibi sufficiente cautione, et si Vicarius, uel eius officialis acceperit aliquam bestiam ad uetturam, uel mutuo, et magagnauerit eam, uel moriretur siue alio quocumque modo leserit, uel emiserit eam, teneatur emendare de suo, quamuis iret in seruitio comunis, et non possit ipsam petere emendari in bonis comunis nec liceat sibi proponere in Consilio de emendatione earum, uel ipsius ad penam quinquaginta librarum den. pro comuni, et nullus debeat consulere et arengare in dictam penam; Et si Ambasciatores irent in seruitium comunis, uel equus, uel equa, mulus, uel mula moriret. subitanea morte, uel aliter deuastaret. sine culpa ipsius aquirantis emendet. pro comuni et que Vicarius quando uadunt aliqui Ambasciatores faciat comparere Patronum bestię acceptę ad uetturam, et ipsam faciat extimare per unum aligendum per dominos Priores, qui iurent ad sancta dei Euangelia facere bona fide, et sine fraude extimationem predictam, et ipsa extimatio in credentia teneatur donec euenerit casus ~~et~~ q. equus, equa, mulus, siue alia bestia, quę duceretur per Ambasciatores predictos, siue sint extimata, siue non, ut supradictum est, si sine culpa conducentis admitteretur quoquo modo, sed ad tollend. omnem ambiguitatem casus obueniend. Dicimus quod quelibet persona de dicta Terra, et eius districtu siue abitator, et uoluerit tenere, et dare bestias ad uetturam teneatur antequam ad dictum actum perueniat suam bestiam dandam ad uetturam facere publice bandiri per Terram Citernę de sua intentione, et arte quod dabit cuilibet petenti bestiam ad uetturam, et omnibus innotescat, et dictum bannimentum factum reportetur Vicario redigendo in Libris causarum ciuilium, qui dominus Vicarius statim committere teneat. extimatoribus comunis, ut uadat, et extiment ualorem bestię sic bannitę, et si casus siue fortuna aduersa uenerit in dictam bestiam ad uetturam receptam stetur, et referat. dicto extimatori, et sic positus in Libro antedicto, et secundum illam sussiat patrono bestię deperdire, uel magagnate [saluo si casus aduersus euenerit absque culpa, et negli=

37v

negligentia equitantis per quæ probari debeat d. casus. Itq;
que salarium, siue paga pro quolibet die bononenos quatuor ad
plus, et ferramenta mulorum, siue equorum datorum ad vecturam
ad visum, et expensas equitantis à die primo, et ultra à die
recepti equi, uel muli computandis ab inde citra sit ad expensas
patroni bestiæ si uero fuerit bestia mutuata soluatur, et emendatur
per illum cui mutuata fuerit. saluis, et reseruatis casib. aduer=
sis quibus resistere non potuerit equitans, et nulla culpa siue
negligentia, in eo putare dependi possit.

Dè abreuiaturis Notarior. Capº. 76.

Item statuimus quod abreuiaturas quilibet notarius rogari promis=
sus de aliquo contractu per statuta comunis Terræ Citernæ teneatur
antequam roget, uel dicat uerba contractus scribere ordinatam substantiam con=
tractus, et postea rogare legendo partibus. pena decem Librarum contra=
facienti.

Item quod omnes contractus, instrumenta quæ rogauerint teneatur publi=
care, et ponere in quaterno extensa secundum formam, et consuetudinem bono=
rum notariorum infra quindecim dies à die rogationis computandos sub
dicta ~~die~~, et pena.

Item notarij qui non obseruauerint predicta in hoc Capº. culpa, et ne=
gligentia ipsorum, teneantur ad omne interesse contrahentium

Item notarij quibus commiserent uel commissa essent protocolla nota=
riorum defunctorum, uel ingressorum Religionem, uel ad complendum in=
habilium, compleant, et in publicam formam reducant ipsa protocolla
petentibus, et ipsis protocollis reductis in publicam formam habeant ea
fides, et eundem effectum habeant, ac si habeant in se omnes substantia=
litates, quæ de iure, et consuetudine requiruntur in omnib. contra=
ctibus, et secundum comunem cursum, et stilum notariorum Citernæ maxime

quo

quo ad obligationem bonorum etiam inquarantigia obmissa esset, et generaliter quo ad omnes solennitates, que sunt, uel esse possunt de natura ipsorum contractum, uel de iure, et consuetudine dicte terre.

Item quod credatur abreuiaturis notariorum terre Liternę, si essent redacte in modum siue formam publicam, et habeant locum in preteritis, presentibus, et futuris.

Item si in dicta terra ob negligentiam notariorum publicationes, siue subscriptiones contingat obmicti quandocumque, et contingerit in preteritis tam quadernis, cedulis, folijs, et si alicui notario commisse sint abreuiature alicuius notarij iam defuncti, uel aliter inhabilis, uel committerentur imposterum, que non sint publice, uel non habeant subscriptionem talis notarj quibus commisse fuerint possint publicare dictas abreuiaturas in tali quaderno, cedula, uel folia repertas que sint de littera eiusdem notarij iam defuncti, uel inhabilis, et se subscribere ponendo, ut dictum est per ipsum notarium.

Item fiat commissio abreuiaturarum notarj mortui, uel inabilis ad petitionem cuiuslibet petentis in consilio dicte terre, quod consilium eas committat magis idoneo qui sic electus, et cui commisse fuerint dicte abreuiature debeant soluere habentibus tales abreuiaturas illud quod per dnos. Priores cum Vicario fuerit taxatum premisso iuramento per eos quod bene, et fideliter taxabunt, uel prout partes insimul conuenerint, et habens tales abreuiaturas teneatur eas tradere cui commissum fuerit dato sibi salario predicto siue mercede, et tales habentes abreuiaturas talium notariorum premortuorum teneatur facere committere alicui notario Liternensi infra duos menses post mortem ipsius de quibus omnibus debeat fieri scriptura per Cancellarium Comunis siue per quemcumque alium notarium de Literna ad penam decem librarum, et nichil ominus predicta facere teneatur et quilibet denuntiare et accusare possit, et teneatur in secreto, et notarius qui non fecerit scribere abbreuiaturas sibi commissas a d.o Cancellario uel alio notario, ut supra dictum est infra dictum terminum puniatur in quinque libris denariorum, et dicte commissioni in Consilio

fare

facte de dictis abreuiaturis nichil possit opponi obici, et contradici quare ipsa commissio non ualeat, et maxime q. consiliu non fuerit sufficiens numerus Consiliariorum, et predicta locu habeant in preteritis, presentibus, et futuris, et quilibet Notarius teneatur uinculo iuramenti ad penam uiginti solidoru portare semper secu penniculu calamaru inclaustro, penna, et carta, ut possit semper scribere omnia que fuerit rogatus, et q. debeat primo scribere, et postea rogare, et quilibet possit denuntiare ^ banni, et sibi credentia habeatur.

^ et habeat medietatem

Dè testamentis finiendis.
Cap.o 77.

Statuimus ad hoc ut omnis materia scandali tollat, et malitijs hominu obuientur, et ne ignari homines, et mulieres à sagationib. decipiant. q quicumque tam de Terra Citerne, quam aliunde siue masculus fuerit siue femina, si testari uoluerit, et fecerit testamentu in scriptis suu, siue sine scriptis, siue alia qualibet ultima uoluntate aut donationis causa mortis condiderit, et in ipso Testamento siue ultima uoluntate seu donatione apposuerit, siue scripserit aliqua uerba derogatoria per quecumque uerba reperiuntur scripta uel fecerit Testamentu aliquid, seu Codicillos q. transiuerit ad forma alicuius contractus uendictionis, donationis seu alterius cuiuscumque contractus, et nichil hominus talis contractus facti à testatore, uel testratrice, possit ex suo arbitrio post tale testamentu factu, seu Codicillos, uel alia ultima uoluntate, illud testamentu, codicillos, uel ultima uoluntate facere et dicta ultima testamentu codicilli, seu ultima uoluntas dum modo legittime factu fuerit preualeat cuilibet precedenti testam.to seu codicillis, uel contractui inde facto, et seruari debeat non obstante q. uerba derogatoria prius scripta, seu alia solennitas precedens n sit, nec reperiantur in hoc ultimo testamento facto postea, et non obstante q. primus, uel precedens in ultimo non renouauerit specialiter uel expresse, et non obstante q. in primo seu precedente iurat. fuerit ipsa non

4 revocare, seu aliud testamentum, uel alias dispositiones facere, et pre
dicta uendicent sibi locum, et seruari debeant uigore, et autoritate pre
sentis statuti in preteritis presentibus, et futuris dum tamen testatores pre
dicti adhuc uiuant, non obstante lege aliqua incontrarium disponente,
et si de predictis oporteret speciales facere mentionem.

Quod mulieres non possint testari sine consensu consanguineor. Cap.o 78.

Ordinamus etiam quod nulla mulier possit condere testamentum, uel
aliam ultimam uoluntatem, uel donationem causa mortis, uel aliquam
donationem sine consensu sui uiri, et presentia, si uirum habet, et duorum
proximiorum consanguineorum talis mulieris ex parte patris, si tot habet
consanguineos ex parte patris, et si tot non habet, et si tot non habet ^consanguineos ex parte patris et ha
beat aliquos ex parte matris illorum consanguineorum quos habet con
sensus, et presentia exigatur per eum, et habendo presentiam dictorum, primo
requiri faciat uirum, et dictos consanguineos, et si ipse uir, et consangui
nei nollent adesse, uel essent absentes sufficiat presentia ex conuicinis
ipsius mulieris bone conditionis, et fame, qui non sint odiosi adesse
debentibus, et dictis requisitionibus apparere debeat publica scriptura,
et fiant per baiulum comunis, uel nuncium habentem speciale manda
tum ab ipsa muliere, et balitor comunis sine commissione Vicarij teneatur
predictas requisitiones facere ad petitionem mulieris petentis ad penam centum
solidorum pro qualibet uice contrafacienti de facto auferendam, et hoc
idem obseruetur, et intelligatur quod in requisitionibus fiendis debeat ipsa
mulier per baiulos, et numptios exprimere ubi, et quando locum, et tem
pus dicta mulier testari uult, et quidquid fieret contra presens Capitu
lum, uel aliquam eius partem id quod factum fuerit non ualeat ipso iure
lege aliqua in contrarium non obstante.

Circa contenta in Capitolo premisso domini Reformatores attendentes quod
in dicto Cap.o disponitur mulierem testari non posse sine licentia, et
consensu sui uiri, et aliarum personarum, de quibus in dicto Cap.o propter
quod mulier non habet liberam testamenti faciendi potestatem contra

iura

38v

iura ciuilia, et canonica, propterea decreuerunt sufficere mulieri fieri requisitionem personarum descriptarum in d.o Cap.o, et q. licentiam, et consensum dè testando mulieri non prestent, attendentes dictam mulierem nuptam ad omnes, et quascumque alias mulieres testabiles, et quatenus mulieres ob sexus lubricum presumptio sit non esse recti iudicij, censuerunt esse satis consultum ob adhibitam requisitionem, et presentiam consultorum qui poterunt persuadere mulieri iustum, et equum, illam uero compellere directè, uel indirectè nullo uoluerunt modo in ceteris confirmantes.

Si maritus decesserit durante matrimonio, heredes restituant dotes, et alimenta. Cap. 79

Item statuimus quod si maritus alicuius mulieris decesserit durante matrimonio dicta eius uxore superstite teneantur heredes dicti mariti dotem dictę mulieris restituere sibi statim, si dos consistit in rebus immobilibus, seù stabilibus fructus uero bonorum, seù dictamen rerum dotalium eius anni quo matrimonium solutum esset per mortem dicti mariti per medium diuidatur. itaque medietas assignetur mulieri, et alia medietas heredibus Viri aliquo in contrarium non obstante; si uero dicta dos consisteret in rebus, uel bonis mobilibus, uel pecunijs teneantur heredes Viri dictam dotem, statim elapso anno eid. mulieri reddere, et restituere cum effectu in quantum dicta mulier cum dictis heredibus, uel in domo habitationis olim mariti defuncti non steterit, uel habitauerit omni iuris solennitate obmissa per Vicarium, siue Officiales dictę Terrę, qui ad hoc fuerit requisitus pena uiginti quinque librarum Vicario infra annum uerò computandum à die mortis mariti defuncti dicti eius heredes ad restitutionem dictę dotis cogi non possint sed solummodo teneantur eid. mulieri sic non habitanti in domo d.ti defuncti dare, et soluere prò alimentis eius octo prò quolibet centenario suę dotis; Post annum uero predictum si dictam dotem in pecunias, siue rebus mobilibus consisterit, non restituerit, et cessauerint restituere, et recusauerint dictę mulieri cum ipsis, seù in

domo

domo dicti defuncti non habitanti dare, et soluere teneatur pro alimentis ipsius predicto modo, liceat tamen heredibus dicti uiri semper restituere expensas factas in bonis dotalibus, et debita earum occasione soluta, hoc insuper addito, et declarato in predictis quod corredo, et arnesia dictę mulieris, quę non sint per usum comsumpta restitui sibi debeant infrà unum mensem à die sepolturę mariti, et si questio, uel dubium orietur, et de corredo predicto uel arnesijs mulieris fuerint usu consumpta, uel non, stetur extari debeat declarationi fiendę per duos homines comuni à partibus eligendos, quę quidem declaratio fieri debeat infra mensem à die scientię dictorum eligendorum computandorum sub pena XXV. librarum denariorum ipsorum cuilibet auferenda, si dictam declarationem non fecerint infra mensem predictum; Addentes insuper in predictis, quod si dicta mulier fuerit relicta dnā. usufructuaria, atque massara omnium bonorum, ut mos est, quod dicta mulier non possit, nec debeat dotem suam repetere, nec dictum usufructum, et preminentia habere uoluerit, alias secus.

Quod ad disposita in precedenti Capº moderantes decreuerunt, quod tunc demum mulier possit petere octo pro Centenario, ut in dicto Capº tm. heredes Viri erunt constituti in uera mora per interpellationem, et extraiudicialem, alias ultra sortem aliquid petere, uel exigi à muliere noluerunt ne Laqueo usurarię quantitatis inodetur; nichil immutantes quamuis dos in rebus immobilibus existat adentes, et declarantes, quod si mulier sit relicta usufructuaria in testamento uiri non possit dotem, et usufructum petere, ut in dicto Capº; nisi secus costet de uoluntate testatoris cui in omnibus stare uoluerunt.

Dè electione Dnor. Priorum.
Capº 80.

Statuimus etiam, et ordinamus, quod Dni Priores, et Vicarius dictę

Ter=

Terræ Citernæ, qui reperiuntur extracti in Officio insaculatio-
nis sint Officiorum omnium dicti Comunis una simul cum Sindaco,
et Camerario comunis predicti, teneantur, et debeant in principio
eorum Officij congregare, et coadunare consilium viginti quatuor
hominum in palatio solitæ residentiæ, et in d.o Consilio elegi faci-
ant XXIIII. homines de dicta Terra, et eius districtu legales et
sufficientes qui sint autores iustitiæ ex dicti comunis, et Terræ præ
dictæ, Vid.t, octo in Terra Citernæ, et sexdecim de comitatu dictæ
Terræ, quorum nomina scribantur in breuibus hoc modo, Vid.t, quod in Uno
breue scribantur tria nomina, Vid.t, unum de dicta Terra, et alij
duo de comitatu Terræ predictæ, et dicta breuia sic scripta mittan
tur in Bursia, quæ bursia mittatur, et stet semper in capsula officio
rum communis, quæ capsula seruetur, et semper maneat in Eccle
sia S. Francisci de Citerna sub custodia Guardiani dicti Conuentus,
ex quibus consilijs XXIIII. hominum debeant elegi d.ni Priores,
et imbursari, et extrai debeant de duobus mensibus, in duos men-
ses in officio Prioratus dictæ terræ, et fornita d.a insaculatione
Prioratus, et aliorum Officiorum denuò insaculentur. ut s.a dictum
est quorum dominorum Priorum, salarium sit, et esse debet bo-
nenorum uiginti quatuor prò quolibet ipsorum prò duobus
mensibus, et sic fieri debeat electio predictorum priorum, et si
aliter eligeretur. electio non ualeat ipso iure, et dicti Domini
Priores extrahantur de dictis bursis per tres dies ante introitum
eorum Officij, et uocentur D.ni Priores, et sic seruetur ordo in ex-
tractione aliorum officiorum preterquam in extractione Sindecorum
D.ni Vicarij, et aliorum Officialium, qui extrahantur in temporibus
incipiendi Sindicatum, et non ante.

De iuramento dando Priorib. et alijs officijs per Vicarium Cap.o 81.

Ad hoc, ut fideliter officia exerceant per Dominos Priores, et alios Officiales Terræ Citernæ, et eius Comitatus q. Cant. dictæ Terræ in extractione Officiorum dicti comunis teneat, et debeat quamprimum extracti fuerint dicti Dni. Priores, et alij Officiales illis deferre iuramentum de bene, et legaliter exercendo eorum officia, remotis ab eis amore, timore, prece, precio, et omni humana gratia corporaliter tactis scripturis.

Dè officio Sindici comunis.
Capo. 82.

Ordinamus etiam, et statuimus quod ille, qui extractus fuerit sindacus comunis, et generalis procurator, durante tempore officij, eius duraturi per sex menses teneatur et debeat manutenere, et defendere omnia iura, et bona comunis Citernæ, et q. teneatur semper accedere ad Consilium, et illud coadunare facere, una cum dominis Prioribus, et in dicto Consilio precipiat, et mandet Cancellario Comunis quatenus non proponat aliquid in d.o Consilio, quod tendat, et veniat qualitercumque in damnum, et preiudicium dictæ Comunitatis cum protestatione, ut si predicta non fecerit, et commisserit admittat eius salarium

Item debeat dictus Sindacus una cum Prioribus et Cancellario dicti comunis intervenire in omnibus contractibus dictæ Comunitatis, et illis prestare consensum dumodò veniant in evidentem utilitatem ipsius comunis, et si aliter factum fuerit non valeant, nec teneant ipso iure. Itemque teneatur, et obligatus sit resignare omnia bona, res, et rationes d.i Comunis successori suo in Officio & Inventarium, prout et ei consignata fuere per eius predecessorem, et illius copiam dare postea generali Camerario Comunitatis, et eius salarium sit florenum unum cum dimidio pro eius Officio solvendi per Camerarium dicti Comunis.

Dè officio Cancellarij comunis.
Cap. 83.

Item statuimus, et ordinamus quod Cancellarius Comunis pro tempore existente teneatur, et debeat reperire se in omnibus; et singulis Consilijs, et in illis ad requisitione dominorum Priorum, et Sindici proponere, prout per eos statutum fuerit, et ordinatum dummodo non tendat in preiudicium comunis, atque omnes, et singulos contractus, et preparationes, et leges factas in dicto Consilio per consiliarios sine aliqua mercede intra tempus, et termina à die facti Consilij, et celebrati Contractus dierum quindecim, et tam de illis per se rogatis q. per suum constitutum, per dnos. Priores in fine sui Officij omnia, et singula sibi dicta sint registrata, et contenta in registro dicti comunis, et si predictis deficeret amittat eius salarium florenorum. trium pro sex mensibus, durante eius Officio à die extractionis, et habeat pro qualibet electione, et à Vicario, et alio Officiali, florenum unum.

Tet illa registrare in Reg.° Comunis

Dè Camerario comunis Cap.° 84.

Statuimus, et ordinamus, quod generalis Camerarius pecunia Terre Ciserne teneatur, et obligatus sit, durante tempore sui Officij, exigere omnes pecuniarum quantitates, tam gabellarum, quam aliorum introitus dicte Comunitatis quo quo modo pervenientes, et computa exationum, et expensarum retinere ita, et taliter, quod Comunitas apertè videat eius computum, et etia ire ad Consilia, et congregationes dominorum Priorum, Sindeci, et Consilij, et ne permittat aliquid fieri in preiudicium dicte Comunitatis, et in fine sui Officij teneatur, et debeat rassignare computum suo successori, prioribus, et sindaco dè omnibus & ipsum administratis, et si per Priores, et Sindacum Comunis predicti dictus Camerarius fuerit requisitus reddere ratione de rebus & ipsum administratis infrà tempus, et ante fine sui Officij teneatur, ed debeat dictum computum assignare duraturum d.m Officium Cameraij & unum annum à die extractionis, et ut sequitur finiendum.

cum

cum salario, et si predictus negligens erit, et contrafecerit, et non observaverit incidat in penam omissionis salarij, et nichil hominus ad reddenda dicta computa teneatur.

De Camerario pignorum Capo. 85.

Statuimus etiam, quod, durante tempore sui officij, Vs. Terre Citerne dederit, vel consignaverit aliquid pignus teneatur et debeat solvere do. V.o pro mercede sua quatrenos sex, et pro baiulis quatrenos duos, et hoc intelligantur de rebus mobilibus; que pignora dictus Camerarius teneatur et obligatus sit retinere per duos menses continuos à die consignationis pignorum, et elapsis duobus mensibus, tres preconizare faciat per preconem comis, et in quolibet banno assignetur terminus trium dierum, quod si aliquis vellet dicta pignora exigere, vel aliquid dicere, compareat infra dictum tempus ad dicendum et alligandum quid quid dicere voluerit, et si infra dictum terminum aliquis non comparuerit vendantur magis offerenti, et si contingerit, quod dictum Vicarium, seu suum officialem esset facta aliqua tenuta de rebus se moventibus, sive animalibus habeant, et habere debeant pro qualibet tenuta bononenos quatuor, et pro quolibet Baiulo bononenum unum, quas tenutas dictus Camerarius retinere debeat per dies sex continue, à die date tenute, et habeat, et habere debeat pro suo salario, et mercede de bestijs grossis quatrenos V, et tantundem qualibet nocte, et pro qualibet bestia minuta quatrenos ~~sex~~ tres, et tantundem pro nocte, et elapso dicto termino preconizetur per preconem comunis cum termino, ut superius, et vendentur magis offerenti, ex quibus denarijs solvantur creditores, et mercedes Camerarij, et si plus venderentur restituantur dno. tenute, et hoc locum habeant ad preterita, et futura duraturum dictum Officium Camerarij pignorum per sex menses à die extractionis, et ultra, et tantundem solvatur pro tenuta de re stabili Vicario, et Baiulo.

42v

Dè officicialibus Abbundantię.
Capº 86.

Ordinamus, et statuimus, quod officiales Abundantię Terrę Citernę teneantur, et obbligati sint tempore extatis ante tempus messius, uel metendi dicti officiales teneant. ire per comitatum Citernę ad extimandum grana, et blada forensium, et de dictis retinere computum in scriptis, et reddere dominis Prioribus, Sindaco, et Camerario ipsis uolentibus, et teneant. facere rassignas generales per terras Citernę, et eius destrictus toties, quoties opus fuerit, et quod Priores, Sindacus et Camerarius commissum fuerit, et dictas genlem rassignas in scriptis annotare, et reddere computum, ut superius dictum est, et teneantur, et obbligati sint imponere penas panifaculis p. eis uidebit, et placebit secundum precia quę uendunt grana et eorum libito imponere penas, et si contingeret quod Comunitas ordinaret, qd. nullus extrahat granum de dicta Terra, uel districtu sine boletino teneatur dicta bulettina facere ad petitionem comunis hanc eis per Priores, Sindacum, Camerarium impositum fuerit, et habeant, et habere debeant prò eorum salario prò bolettinis tantum bononenos XX. quolibet mense inter ambos officiales prò toto tempore quò fecerint bolettinos, et si dictos bolettinos non fecerint, et eis commissum non fuerit non habeant, nec habere debeant dictos XX. bononenos, et generaliter, facere debeant omnia quę uideant. utilia prò comune tali officio expentantia, et pertinentia prout impositum fuerit, et preceptum per Priores, Sindacum, et Camerarium; qui officiales sint duo ad plus Videlicet unus de Terra, alter de Comitatu Citernę quorum Officium duret, et durare debeat per unum annum à die extractionis dicti officij, ut sequitur finiendo, cum salario, et mercede flerenorum duorum prò quolibet, in totum florenorum quatuor, in quibus quatuor

quatuor florenos non computent bonon. XX pro bulletinis eis deputatis, ut supra dictum est, et si dicti officiales non exercuerint dictum Officium, et negligentes fuerint de predictis sub vinculo iuramenti amittant, et ammittere debeant salarium eorum.

De officio ratiocinatorum. Capº 87.

Item statuimus, et ordinamus ratiocinatores comunis teneantur, et obligati sint revidere omnia computa spectantia, et pertinentia dicto comuni tam Camerarij, Vicarij, quam aliorum Officialium quo quo modo spectantium, et pertinentium dicto comuni, et ejus introitus duraturum per annum à die extractionis Officij, incipiendo, et ut sequitur finiendo, qui officiales sive ratiocinatores sint duo, quorum unus sit de terra Civerne, et alter de comitatu et habeant pro eorum salario bononenos triginta duo pro quolibet, et si fuerint negligentes mandatis dominorum Priorum, et Sindaci in revidendo rationes comunis amittant eorum salarium.

Dè sintecatoribus Dni. Vicarij. Cap. 88.

Statuimus, et ordinamus, quod sindicatores Dni Vicarij et aliorum Officialium sub vinculo iuramenti teneantur, et obligati sint in fine eorum Offici tenere ipsos ad sindicatum secundum formam statuti positi sub rubrica de electione Dni Vicarij, et eis administrare rationem, et iustitiam, prout eis iuxtè videbitur, quorum sindecorum unus sit de terra Civerne, alter de comitatu, et habeant pro eorum salario pro quolibet Officio Vicariatus, et aliorum Officialium bononenos sexdecim pro quolibet tantundem, pro Notario, qui teneatur recipere petitionem, et scribere acta ordinata in quaderno ad petitionem domrum Priorum, et omnia alia facere, que ad tale Officium spectant, et pertinent.

De pondere marchij dando
Cap.o 89.

Ordinamus, et statuimus, quod ille qui fuerit deputatus à Consilium teneatur, et debeat retinere campionos comunis, tam ponderis, quam cuiuslibet mensurę, qui teneatur, et obligatus sit iustare pondera, et mensuras, et sigillare suo solito sigillo quolibet semestre, et habeat prò sua mercede quatrenos unum prò sigillo cuiuslibet ponderis, et mensurę, et si mensurę ligneę non essent iustę tum, et eo casu habere debeat alium quatrenum prò iustatura, et si dictus sigillator esset negligens in predictis, aut nollet mensuras sigillare incidat in pena Solidorum decem prò comuni, et in extractione sui Officij, teneatur suum Officium aceptare, aut renumptiare infra triduum, alias intelligatur aceptasse.

Dè Sintecis maleficiorum
Cap.o 90.

Item statuimus, et ordinamus quod in Consilio tempore sacculi et novi regiminis eligantur, et imbursentur Sindici Vid. unus Sindacus prò Parochia qui teneatur infra triduum à die commissi maleficij in sua Sindicheria, et Parochia, ^ Vid. Prò homicidio, robeña, incendio, guastu, et pruva, in libris decem denariorum, et prò quolibet alio maleficio in solidis Centum si non denuntiaverit T ~~et fuerit Sindacus negligens, et non denuntiaverit~~ infra quinque dies à die commissi maleficij, et teneatur Dnus. Vicarius inquirere contra Sindacos negligentes ex suo Officio, et condemnare in dictis penis, et si Sindacus non denuntiaverit exbannitos, et receptatores eorum soluat solidos quinquaginta, et teneatur dicti Sindaci infra triduum à die extractionis sui Officij se presentare coram Dno. Vicario, et iurare d.m eorum Officium bene, diligenter, et sine fraude exercere sub penis predictis

^ et si non denunciaverit damnetur Sindacus negligens

T infra quinque dies à die commissi maleficij

Dè Officio extimatorum. Cap.o 91.

Statuimus, et ordinamus, quod extimatores comunis terræ Citernæ, et eius comitatus teneant, et debeant ad requisitionem cuiuscumque petentis ire ad extimand. quidquid extimare facere voluerunt, tam prò damnis datis, quam etiam prò omnibus occurentijs sub vinculo iuramenti, et habeant prò eorum salario, et mercede à flumine citrà bononenos ~~quatuor~~ tres qualibet extimatione, et à flumine extra bononenos ~~quinque~~ quatuor, et hec intelligant prò damnis datis tantum, seu receptis, et intelligant prò una extimatione sola, quæ fieret in una posessione tantum et si plures extimationes facerent de pluribus rebus, et tantum intelligat de laboratorib. q. deficerent eorum laborerium, et obligatione.

Item q. damna dantes teneant reficere omnes expensas damno, una cum extimatione indemnes intelligant de laboratorib. prò extimatione, et si dicti extimatores essent vocati ad extimand. aliqua bona stabilia de comuni concordia per partes à confinibus infra supradictis habeant, et habere debeant prò eorum salario, et mercede à partibus extimare facientibus à florenis quinquaginta infra bononenos quinque, ab inde supra bononenos octo usq. in quacumque quantitate, et à flumine extrà habeant bononenos septe, usque ad quinquaginta et ab inde supra bononenos decem soluendorum à partes, Vid.t, medietates prò quolibet ipsorum, Vid.t q. quælibet pars soluat medietatem salarij, et si negligens fuerint in prædictis incidant in penam duplicati salarij prò comuni.

De Officio Disinitorum
Cap.o 92

Ordinamus etiã quod disinitores deputati per comunem terræ Citernæ teneant et obligati sint ad petitionem cuiuscumque petentis ire ad terminandum, et disiniend. differentias inter partes in terra

Ci-

Liverne et eius districtu, et habeant, et habere debeant pro eorum salario et mercede à parte pro qualibet difinictione à flumine in-fra bonon. tres, à flumine extra bon. quatuor, et si dicti difinitores miterent terminos lapideos, habeant, et habere debeant ultra sala-rium superius dictum bononenum unum pro quolibet termino solven. per partes vid. medietatem pro quolibet, qui officiales sint, et esse debe-ant unus de terra Liverne, alter de Comitatu.

De officio Viariorum. Cap.° 93.

Item statuimus, et ordinamus q. per Comune deputati teneantur et obligati sint sub uinculo iuramenti ire ad petitionem cuiuscum-que petentis per terram Liverne, et eius districtus ad remitendum uias per aliquem captas, uel impeditas, uel aliquo alio modo deuas-tatas, teneantur dictas uias terminare, et partibus terminum assi-gnare infra quem debeant uias aptare, sub pena in statuto conser-ta, loquente de uttijs, et habeant, et habere debeant à partibus pro eorum salario, et mercede bononen. tres à flumine infra, et ab inde ex.a bononen. quatuor pro quali bet difinitione, qui of-ficiales sint, et esse debeant, unus de terra Liverne, et alter de comitatu.

De Catasterijs, et eorum officio. Cap.° 94.

Statuimus, et ordinamus, quod Catasterij comunis Liverne teneantur, et obligati sint tenere penisse Catastrum comunis, et illud bene custodire sine aliqua macula, uel lesione, sine falsitate uitietur, et habeant, et habere debeant pro eorum salario, et mercede pro quo-libet petio terrarum, quę leuaret. de appassiati, et poneret. ad alium appassasatum bononen. à qualibet parte, e si qui legere fecerer

ca=

Catastrum suum, vel reperire aliquod petium terre de suo, vel aliquo alio appasatu habeat, et habere debeat pro eorum salario quatrenum unum pro quolibet petio, q legere fecerint à qualibet parte, et eorum officium duret, et durare debeat per sex menses, qui officiales sint extracti ex bursa, seu bussula officiorum comunis, et non aliter, nec alio modo, et nichil habeant pro salario à comuni, et si duo quorum unus sit notarius, et alter non, et dicti Catasterij non possint levare, et ponere aliqua petia terrarum, sine voluntate partium, vel vigore contractus, et si quis venderet, vel alienaret, vel quòquò modo commutaret aliquas possessiones, vel vineas, et terras, teneatur illas deponere ad appasatum alterius partis in mensem à die venditionis facte, et si id non fecerint partes non possint petere satisfieri ei datia, que curreret post venditionem talium possessionum, et si quis haberet aliquod petium terre in duobus appasatis, vid.t ad suum, et ad alienum, et quò soluerent duo datia, nichil petere possint comuni prò eorum refectione, qui Catasterij sint de Terra Citerne, et non de Comitatu.

Quantum ad precedentia in premisso Cap.o dni Reformatores, confirmantes oia decreuerunt, et statuerunt, quod loco unius mensis dati ad removendum rem venditas à suo appasatu, ut in dcto Cap.o integer annus surrogetur, ne onus reale, ut sunt datia aliud q possession comitetur, elapso autem anno alienans, qui neglexit sibi providere, et facere amovere rem alienatam à suo appasatu iuxta tenorem dicti Capituli in penam negligentie teneatur ad datia oia etiam quod non possideat neque inquietare quoquomodo valeat possidentem, ex eo quod soluerit datia pro fundo non proprio alienato ab ipso non possesso mandantes, quod datiarius teneatur et debeat datia exigere ab illis personis, in quarum Libra erit res descripta, et posita, aliter possessionem non inquietando, et predicta non vendicent sibi locum in rebus aquisitis alicui et ità alienatis titulo Lucratiuo, nam in his solum possessorem indistincte exigi ~~solueret~~ voluerit, et compelli ad datia persoluenda.

45v

De Datiarijs, et eorum Officio.
Cap.o 95.

Ordinamus, et statuimus, quod omnes qui emerint aliquod datium à comuni teneant. et obligati sint dare dicto comuni duos bonos, et idoneos fideiussores qui se obligent tamquam principales in forma depositi in solidum, qui fideiussores approbent. à Camerario comunis, et talis emens datium teneat. respondere de precio datij sibi debiti per Priores, Sintacum, et Camerarium effetualiter dicto Camerario Comunis, infra tempus, et terminum conuentum cum dicta Comunitate, et cum Capitulis à dictis Prioribus, Sintaco, et camerario conuentis, et si non soluerint cogantur ad petitionem camerarij per Vicarium Terræ Citernæ, et si Vicarius negligens fuerit in exigendo dicta datia, et gabellas, et introitus dicti Comunis amittat de suo salario Libras XXV. pro comuni, et nichil ~~omnius~~ Vic.s habere debeat pro sua executione dicti datijs, usque ad tempus conuentus in uenditione, in gabellis uero, et aliorum introitum comunis, usque ad annum à die uenditionis dictarum gabellarum, et introitus ab inde supra dictus Vicar.s habeat, et habere debeat pro sua executione quatrenos tres pro qualibet libra à debitore.

Dè mercede Vicarij in exigendo gabellas.
Cap.o 96

Item statuimus, et ordinamus, quod Vicarius Terræ Citernæ, et eius Officialis teneant. et debeant ad petitionem dicti comunis, uel Gabell. iura sua cogere, et compellere debitores gabellarum datiorum, et aliorum introitum dicti comunis hoc modo Vid. quod teneat. exigere omnes gabellas, datia, et introitus ad petitionem emptoris ipsorum per annum unum à die uenditionis siue emptionis predictorum computand. ex quibus nichil habere debeant pro eorum executione, et

mer=

mercede, et hęc intelligantur tam prò principali debitore comunis dictarum gabellarum, datiorum, et introitus, quas prò suis debitoribus causa predicta prò primo precepto, et si dicti debitores fuerint inobedientes, liceat dno. Vicario, et eius Officiali prefatos debitores pignorare, ex quo pigno habeant prò eorum mercede quatrenos sex prò quolibet pignore, et prò baiulo quatrenum unum prò quolibet, et si non soluerint infrà tres dies à die facti pignoris possit, et debeat d. Vicarius ipsos cogere realiter, et personaliter, et capere tenutas de bonis eorum prò quantitate petitę, ità, et taliter quod creditor sit satisfactus, et habeant dictus Vicarius, et officialis prò eorum mercede, et executione bononenos quatuor prò quolibet, et prò baiulo quatrenos duos, et hęc intelligantur prò gabellis molendini, et aliorum introitum uenditis prò comuni, de dabijs uero sequatur ut in Capo. continetur de datiarijs, et eorum Officio.

Dè modo procedendi per Vicarium in causis ciuilibus. Cap. 97.

Statuimus, et ordinamus, quod quicumque citaret, uel citare faceret aliquem Cisternensem prò debito ciuili ad bancum iuris Dni Vicarij citare debeat una die prò alia sequenti iuridica, et prò petitione fienda per creditorem Vicarius, seù Officiales habeant prò citatione tantum, prout in Capitulo sub Rubrica de modo citandi, et conquerendi continetur prò executione Vicarius sub suo precepto retinere debeat debitorem ad petitionem creditoris in Palatio comunis, et si debitor fuerit inobediens pignoretur per dominum Vicarium, et si infra tres dies à die facti pignoris non soluerit fiat sibi tenuta de rebus mobilibus, seu immobilibus prò tota quantitate debiti, et habeat dictus Vicarius prò sua mercede, et executione prò detentione, et precepto facto de non recedendo de palatio bononenum unum cum dimidio; Prò pignore bononenum unum; Prò tenuta bononenos quatuor; Prò mercede baliuorum. Prò precepto de non recedendo de Palatio, prout in Capo. de Salario

rio, et mercede continetur sub Rub.a de mercede Balitorum.

De mercede Balitorum, et eor. salario. Cap.o 98.

Ordinamus, et statuimus, quod Comunitas Terræ Citernæ habere debeat ad seruitutem cuiusq tres idoneos Baiulos, uel saltem duos, qui habeant à d.o Comuni florenos sex prò quolibet Baiulo, quolibet anno prò eorum salario, et prò citationibus fiendis ex ipsos in Terra Citernæ in scriptis, uel sine quatrenum unum, et tantundem intelligatur usque ad flumen Suberæ, et à flumine extrà quatrenos duos, tam in scriptis quam sine; in Villa S. Romani, Terræ Pistæ, Subssiani, Siluelsis, et Patrignionis tam cum Cedula, quam sine quatrenos tres, et prò quolibet pignore habere debeant prò eorum mercede prò quolibet Baiulo qualibet uice prout superius de Citationibus dictum est.

De florenis, libris, solidis, et denarijs, quomodo inteligantur. Cap. 99.

Item statuimus, et ordinamus ad tollendas omnes differentias, quæ hori possent inter contraentes, predicti statuarij autoritate Consilij eis concessa decreuimus, et ordinamus, quod in omni contractu qui fieret per contrahentes in Terra Citernæ, et eius districtu floreni intelligantur semper esse et sint de bononenis quatraginta, et quatrenis sex prò quolibet bononeno.

Libra intelligatur de ~~denarijs~~ Bononenis decem

solidus intelligatur de quatrenis tribus

Quatrenus uerò de denarijs quatuor, et non aliter, nec alio modo ~~et~~ predicta intelligantur ad presentia, et futura incipiendo à die facti Consilij Generalis, prout in registro continetur.

Quod Notarius forensis non possit se rogare. Capᵒ. 100.

Statuimus, et ordinamus, quod nullus Notarius forensis, neq. officiales Terrę Citernę possint se rogare modo aliquo de aliquo contractu cuiuscumque generis, uel de aliquo Testamento, uel Codicillo, uel ultima uoluntate, seu donatione causa mortis, uel de alia aliqua scriptura, saluo in actis Curię, et in actibus dependentib. ex eis, uel ab eis, et qui contrafecerit incidat in penam Librarum XXV. et ad eand. penam teneantur etiam fieri facientes contractum, et nichilominus contractus, aut testamentum, uel Codicillum, seu alię ultimę uoluntatis, et donationes causa mortis, et quecumque publica scriptura, de quo, seu quibus Notarius rogatus fuerit, uel surrogatus non ualeat, nec teneat, et nullam habeat in dictis firmitatem, non obstante, quod d. Notarius sit publicus, et autenticus, et si d. Notarius rogatus fuerit in aliquib. actis Curię, uel dependentib. ex eis teneatur. et obligatus sit dicta contracta per eum rogata ponere distinte in Libro comunis Ciuilium eo tempore prò comune ordinatum in statuto.

Dè imunitate, et esentione comunis in uenditione gabellar. Capᵒ. 101.

Etiam statuimus, et ordinamus, quod in futurum omnes ementes gabellas dicti comunis, siue introitus, teneantur, et debeant statim dare dicto Comuni saltem duos idoneos fideiussores, qui se obligent prò emptore tamquam principales in forma depositi in solidum approbatis per generalem Consilium comunis Citernę, et teneantur soluere de mense in mense per ratam, prout tangit generali Camerario prò comuni existenti, alias in quarto pluri et nichilominus ad dictam solutionem teneantur, et q. Comunitas predicta intelligatur. et esse debeat omni absolutione, et onere dictarum gabellarum, et introituum penitus

ab

absoluta, et hęc intelligantur semper in ementes eorum periculo, sorte, et fortuna, belli, pestis, et generaliter cuiuscumque alterius casus fortuitus, et quod dicti emptores non possint quoquomodo gratiari in totum, uel in parte, neque addere prentio pro comune imposita per Consilium, uel per Priores, uel per alium superiorem, et si contrafactum fuerit talis gratia non ualeat, nec teneat.

De Parlamento Cap.o 102.

Item statuimus, et ordinamus quod Vicarius Terrę Citernę infra uiginti dies post introitum sui Officij teneatur, et debeat coadunare Consilium XXIIII. hominum, et in eo legere, seu legi facere capitula statuta loquentia de maleficijs, et damnis datis, et in d.o Consilio d. Vicarius teneatur legere, et publicare omnes condenationes eius antecessorem sub pena XXV. librarum denariorum de suo salario retinendarum, si negligens fuerit de predictis.

De fornarijs, et eor. Officio. Cap.o 103.

Statuimus, et ordinamus, quod quilibet fornarius teneatur coquere, et quoqui facere mandare, studiare panem quando portat ad fornum, et reportat ad domum, et illum numerum quod portat reportat bene coctum, et studiatum suis cestis, et tabulis, sitque eius salarium pro quolibet stario quatrenos septem, et casu quo non portaret et reportaret, sed conductum habuerit per patronum panis, et ipsa cum reportauerit, habeat pro salario quatrenos quinque, et teneatur portare panem, et reportare ad petitionem cuiuscumque petentis, et qui contrafecerit soluat solidos decem qualibet uice, ac etiam teneatur ad emendationem panis, si ipsum panem non bene quoquere mandauerit, uel studiauerit, et teneatur quoquere, et coqui facere cibaria ad petitionem cuiuscumque petentis, et habeat pro suo

sa-

salario quolibet capritto, porchetta Regnio capacitatis anius porchette, sive capritti bononenus unus ab inde infra quatrenos tres, et si contigerit per aliques rogetur velle tantu quod furnus repleatur, habeat tantu quantu esset informata panis, et non ultra.

De electione Magistri gramaticę Cap.° 104.

Ordinamus, et statuimus, quod in Consilio comunis Ciserne eligatur magister gramaticę, qui sit sufficiens, et doctus ad docendum scolares saltem per unu annu cum salario florenoru XXXVI, quolibet anno, et habere debeat à comuni domu aptam, et idoneam ad dictam scolam retinendam sumptibus dicti comunis, qui magister sic electus teneatur docere scolares omnes euntes ad eius scolam, ipsosque corrigere, et bonos mores docere, et morigeratè castigare, et habere dictum suum salarium de mense in mense à Camerario Comunis rata temporis, et quod Dni. Priores pro tempore existentes predicta faciant, et curent cum effectu sub pena ammissionis eoru salarij. Quantu ad officia Sindaci, et Camerarij Comunis, et Officialiu Abundantię, et pari modo circa electiones magistri gramaticę omnia comprobantes decreuerunt salaria supradictaru personaru posse augeri, et diminui per magnificos dnos. Priores Terrę Ciserne, et eoru Consiliarios prout, et sicut ipsis uidebitur, et placebit secundu qualitatem, et exigentiam personaru, et temporu.

De Hospitale Comunis. Cap.° 105.

Item statuimus, et ordinamus, quod Vicarius, et omnes alij

Of

Officiales Terre Citerne teneant, et debeant conservare hospitalia posita in Parochia Santi Jacobbi de Citerna, et omnia ipsorum bona mobilia, et immobilia, superlectilia, et iura omnia dictorum hospitalium, que quidem hospitalia, et bona ipsorum omnia, domos, iura subesse debeant dicto comuni, et ad ipsum comunem pertinere pleno iure, et teneantur d. Vicarius, Priores populi, et quilibet eorum facere curare cum effectu quod in dictis hospitalibus alentur, et gubernentur, et hospitentur pauperes, et in eorum gubernatione fructus et proventus dicti hospitalis erogentur, et que ad ipsa hospitalia quo quo modo pervenerint curentur in omnibus, et per omnia, et ibidem hospitalevius provideantur pauperibus secundum facultatem dicti hospitalis, et teneatur d. Vicarius primo mense sui regiminis eligi facere sex homines in Consilio deputatos per antecessores sex illius hospitalis duos bonos, et sufficientes viros, et Rectores dictorum hospitalium, qui non essent qui confirmentur per duas partes Consilij, et tales electi, et confirmati ponantur, et sic pro rectoribus, et custodibus pro comuni, et nomine ipsius, tenendo, regendo, et gubernando, quibus electis dnus Vicarius, Priores vice, et nomine dicti comunis administrationem concedant, et ipsos admittant per publicum instrumentum promissionem ab eis recipiant de gubernando, manutenendo, et conservando domos, res, et bona omnia dictorum hospitalium nomine d.ti Comunis, et hospitalitatem observando ipsorum hospitalium, et conditio, et qualitas hospitum, sive pauperum inspiciatur et examinetur per ipsos Rectores, et descriptioni dictorum rectorum stetur, an sint dicti pauperes retinendi nec ne, et teneantur Priores populi Citerne ultimo mense eorum regiminis perquirere, et ire ad dicta hospitalia, et videre de conditione statu dictorum rectorum, et removeantur, et alteri elegantur dicto modo, e si Vicarius, et Priores contrafecerint solvant Libras XXV comuni pro quolibet. Item pro reformatione dictorum hospitalium ser-

servientur, quod per Consilium eligantur sex boni homines, qui habeant plenam autoritatem vendendi, et emendi domos alibi dictorum hospitalium, ubi eis utile videbitur pro dictis hos=pitalibus, et quidquid factum fuerit per predictos plenum habeant effectum, et si quid supererit ad solvendum à venditione domorum hospitalium ad emptionem aliarum domorum prò hospitali fiendo teneatur comune Citernæ adimplere residuum.

De blado aliunde delato.
Cap.o 106.

Etiam statuimus, et ordinamus, quod si quis portaverit ad Terram Citernæ bladum aliunde quam de dicta Terra, et eius Curia possit de dicta Terra, et Curia medietatem illius bladi extrahere, et si quis forensis habuerit bladum in dicta Terra, et curia, quæ recolligent in possessione sua, quam habet in Curia dictæ Terræ non possit ex=trahere aliquam quantitatem dicti bladi de curia dictæ Terræ sub pena cuiuslibet contrafacienti decem ducatorum prò quolibet salma grani, seu bladi, vel farinæ, et confiscatione omnium suorum bonorum, quæ habet in dicta Terra, et eius Curia, et Vicarius tenea=tur de predictis inquirere, et repertos culpabiles punire de facto pena Dno. Vicario quinquaginta librarum si negligens fuerit, et quilibet possit denunciare contrafacentes in predictis, et ha=beant quartam partem banni, et talis denuncians teneatur secretus, et quicumque arengaverit, et aliquam propositam fecerit quod aliqua gratia fiat de talibus extrahentibus grana, seu bladum vel farinam de dicta terra, et eius curia, ut prefertur, incidat in penam viginti quinque librarum prò quolibet arengante, et proponente, et dicta arengatio proposita sit nulla, et quod Ci=ternenses etiam extrahentes granum ex curia dictæ Terræ Citernæ solvant bannum bononenorum octo prò quolibet stario de bla=

blado uerò bononenos quatuor prò quolibet stario si contra=
fecerit.

Circa disposita in premisso Cap.o comprobantes addiderunt ex=
trahentes granum extrà Curiam Citernensem incurrere penam qua=
tuor ducatorum auri prò quolibet sextario grani, et si talis extra=
hens deprensus fuerit in facinore incurrat etiam penam ammissio=
nis bestiarum, et grani, prò extractione uerò aliorum bladorum in=
currat extrahens, uel extrahi faciens tertiam partem dicte pene
respettiue tantum, quam penam applicauerunt prò tertia parte came
re siue comuni terre Citerne prò alia tertia parte accusatori cu=
ius nomen in secreto teneatur, prò alia tertia parte Dnò Vicario,
uel eius Officiali, uel executionem facienti, et si Dnus. Vicarius Ci=
terne negligens fuerit circa predicta incurrat penam librarum
uiginti quinque denariorum ipso iure, et ipso facto auferendarum.

De uictualijs non uendendis ante oram none Cap.o 107.

Ordinamus, et statuimus, quod nulla persona de terra Citerne, uel
aliundè audeat, uel presumat emere aliqua uettouaglia ante oram
none in terra Citerne in ingrossum, et qui contrafecerit soluat ban=
num comuni librarum quinque quoties contrafactum fuerit, et qui=
libet possit accusare, et denuntiare, et habeat quartam partem
banni, et habeatur ei credentia, et Vicarius teneatur ex suo
Offitio inquirere, et repertos culpabiles punire.

Dè secreto non propalando. Cap.o 108.

Etiam statuimus, et ordinamus, quod quiquid impositum fuerit
in secretum alicui Officiali Comunis per dominum Vicarium, aut dnos
Priores, et maxime quando fuit prestitum iuramentum, qui reuelaue=
rit incidat in penam librarum decem, et ultra hoc priuatus sit

omni

omni Officio per decem annos, et publicetur in Consilio, et scribatur in Libro registri.

De fornaciarijs. Cap.° 109.

Item statuimus, et ordinamus, quod omnes fornaciarij, seu exercentes artem fornacis, qui volunt facere matones, et alia laboreria, faciant ad tale modo vid.t qui matones sint longitudinis medij pedis tabulę, latitudinis verò quarti pedis tabulę, et grossitudinis decimę partis unius pedis tabulę.

Coppi autem sint longitudinis trium quartorum unius pedis tabulę, ampli vero sint unius quarti pedis tabulę predicte in fine, et in capite sint unius tertij pedis, et sint albi sufficienter, et proportionaliter.

Quadretti autem sint longitudinis, et grossitudinis mensurę mattonum in latitudine verò sint duorum tertiorum unius mattoni.

Planellę verò sint latitudinis, et longitudinis unius mattoni, et grossitudinis quarti pluris medij mattoni; pretium verò dictorum mattonum sint bononenorum octo prò quolibet Centenario.

Copporum bononenorum sexdecim, et planellarum sit bononenorum sex, et teneantur vendere Calcinam ad rationem bononenorum trium cum dimidio prò quolibet stario, et intelligatur starium quartorum quinque ad similitudinem mensurę grani, et teneatur tradere starium culmum, et bene plenum grosse, et minute insimul iuxtà, et si esset dicta calcina in pulvere teneatur tradere staria tria prò duobus ad dictum precium, et predicta observentur et cognosci possit tam per Notarium Vicarij, quam per Notarium damnorum datorum et eius Officiales, et qui contrafecerit soluat penam solidorum decem prò quolibet stario, et quod fornaciarij predicti teneantur sigillari facere per sigillatorem Comunis formas, et mensuras quolibet anno, et ipsas sic sigillatas ostendere Domino Vicario, et Sindaco dicti Comunis sub pena, ut superius de mattonibus annotata.

Quod Vicarius defendat Hospitalia, Ecclesias, Viduas, et manuteneat uias, et pontes Cap.° 109

Statuimus, et ordinamus quod dominus Vicarius teneatur manute=
nere, et defendere bona ecclesiar. Hospitaliu, Viduaru, pupilloru, pontes,
et fontes ubicumque sint in comitatu Citerne actare, et manute=
nere facere expensis comunis necessitate uigente, et si quis attentaue
vit ipsos pontes, et fontes deuastare, seu deuastare facere in aliqua
parte ipsoru soluat bannu comuni solidoru Centu qualibet uice,
et nichil ominus expensis delinquentis reficiatur. Itē uie publice
et regales in bono statu, et amplitudine faciat conseruare dnus
Vicarius possessiones, et bona dicti comunis manutenero, defendere,
reinuenire, et inquisitiones facere suo proprio motu, et ad de=
numptiatione alicuius contrà occupantes res, et bona à qui=
bus restituantur, et restitui faciat sub pena dicti occupanti
imponenda solidoru ducentoru terminu eis dan., et nichil=
ominus occupans restituere compellatur, et quolibet mense dicta
bona banniantur, q quilibet restituat bona comuni, et denun=
tiantes predictoru habeant tertia partem banni, et secretè te=
neantur. Confines verò primo mense sui Officij cu quatuor bo=
nis uiris riuidere teneantr. in toto districtu dicte terre, et
si quà persona porrigeret aliqua petitione de aliquo ponte
in districtu Citerne, seu denuo reficiendo super aliquo flumi=
ne, et aliqua uia mutanda, uel actanda, Vicarius d.ta petitio=
nem infra triduu ad Consiliu mittat, et obseruet quidquid or=
dinatu fuerit.

De muris inpedien. uias pub.as Cap. 110.

Ordinamus et statuimus, quod si quis habuerit murum, siue
do-

domum aliquam defectuosam, uel ruinosam, aut edificium taliter, q. uulgo iter tutum non sit, sed periculosum, Vicarius dicte terre ad petitionem cuiuslibet de populo, et comuni, teneatur cogere dominum dicti muri, siue casamenti sic ruinosi ipsum reficere ad calcem sufficientem, et quicumque de dicta terra habuerit parietem ad graticium, sivè tabulas illum teneatur infra annum, à die monitionis per d.m Vicarium sibi facte mutare, et in murum, siue parietem ad calcem reducere, sub pena librarum XXV. denariorum quà soluta nihilominus ad predicta teneatur, et cogatur; et ad dictam penam tendatur quolibet anno, q. non fecerit, uel actauerit.

Dè confininib. terre Citerne
Cap.o iii.

Item quod Vicarius terre Citerne faciat, et curet, quod omnes persone in terra Citerne habitantes, et in confinibus dicte terre, et infra confines terre eiusdem faciant seruitia communi, que confinia sint ista Vid. ueniendo à Colle Berardi, ad stradam de montevelbio, et uenit à uiam, que separatur à d. strada, et uenit à dictam stradam ad regghiam Plebis, et mittit in Cersonem, et ita ad uillam Collis orsagne, et à dictam uiam refert ad uiam, et domum olim Rainerij, et uenit ad ecclesiam de Patrignone, et uenit ad Cersonem ad pontem Vingonis, ueniendo à uiam uignialis ad uiam Vallium, usque ad Umbram ~~[illegible]~~ de pontale currendo in tiberim, ueniendo ad uaianum, et aduiam pontis de gricignano, itur et à uiam Vallisbisce, et uenit ad fontem de pantaneto, eundo ad Collem Berardi.

Dè mercede et salario laboratorum.
Cap.o IIII.

Statuimus, quod si aliquis laborator conuenerit alicui persone

51v

ne facere aliquid Laborerium, sive servitium, si non fecerit pro il-
lo precio inter eos convento, teneatur servitium duplicare quod
promissit, et si ille Laboratorem conduxerit, et servitium receperit
et eid. laboratori mercedem suam non soluerit, cogatur per Vica-
rium incontinenti soluere precium sue mercedis sine aliqua so-
lennitate die feriato, et non feriato, et de conventione Labore-
rij, et mercede si in dubium reuocatum fuerit stetur iuramento, et
descriptione duorum bonorum uirorum per Vicarium electorum, consi-
derata qualitate operis, et condictione personarum, si quis autem
conduxerit Laboratorem, et eo, ut debuerit non fuerit usus, nichil-
ominus soluat eid. suam mercedem promissam, et nullus Laborator
de eius Laborerio, sine terra aliquid extrahat sive portet sine
Licentia Domini, uel patroni pena contrafacienti solidos decem
et qualibet uice, et qui tacitus fuerit petere eius mercedem per se-
mestre non possit, neque ualeat de cetero audiri, neque Jus sibi
reddi, et predicta ultima non intelligatur de eo, qui compensatio-
ne aliqua tutus esset sic credatur tum sic tacitus stetisse quod
per Jus facultatem compensationis sibi competentis, et ad tollendum
dubia, que possunt occurrere de precio laboratorum totum de
quo aliquid pactum de proprio non appareret Laboratores cum
bobis habere debeant pro qualibet stario terre ad starium, et ta-
bularum Civernensium infrascritta precia Vid. Pro perticatura ad
tondum bononenos decem, pro qualibet stario, Pro Laboratura ad
minutum bononenos sex, e pro arfenditura bononenos quatuor;
Pro solcatura ad seminand. bononenos quinque; Pro erpicatura
bononenos duos; Pro perchicatura duorum solcorum pro prato
bononenos septem; Item dicimus quod de omni Laborerio manu-
ali à calendis mensis nouembris ^ ad calendas Junij bononenos
quatuor, saluis tamen pactis conuentis inter ipsos, que obseruen-
tur.

^ usque ad Calendas Mensis Martij pro qualibet die habeant Bononenos duos, et expensas, a Calendis Martij ^

Quod Vi

Per errorem.

Per errorem

Quod Vicarius defendat homines dè terra Citernę Capº 113.

Ordinamus, et statuimus, quod Dnus Vicarius teneatur defendere, et manutenere omnes homines terrę Citernę, et curię, et condemnatum capere, uel derobatum, aut damnificatum de dicta Terra per personam aliquam siue Comunitatem, aut cuilibet bona ipsorum detenta et occupata cuiuscumque quantitatis sint Vicarius teneatur illas recuperare personam pro persona, res pro rę, bona pro bonis, et represalia concedantur per Consilium hominum dè Citerna illis, qui petierint, pena Dnò Vicario contrafacienti predictis librarum XXV de suo salario retinendarum per Camerarium Comunis.

Dè partito mittendo in Consilio comunis. Capº 114.

Item dicimus etiam, quod Vicarius Terrę Citernę in Consilio existente faciat consulere propositas per Cancellarium comunis factas, et nullus audeat de consilio à propositis discedere consulendo aliud quam in propositis continetur, et qui contrafecerit soluant statim soldos decem pro quolibet, et qualibet uice contrafaciente, et quilibet Consiliarius debeat mittere secretèm in manibus camerarij fabam suam, quando recolligitur partitum pena, ut supra, et quid quid per ipsos consiliarios, aut per maiorem ipsorum obtentum fuerit per dictas fabas, illud sit firmum, et ratum.

Dè agrimensoribus, et eorum Officio Capº 115.

Dicimus etiam, statuimus, et ordinamus, quod Agrimensores terrarum Comunis Citernę exercentes dictam artem, et quilibet ipsorum de-

be-

debeat in principio adventus Domini Vicarij iurare eorum of-
ficium de bene, et diligenter exercendo, et quando essent discordie, de con-
finibus, Dominus Vicarius eis committere, et mandare debeat, quod
uadant ad loca ipsa differentie, et ipsas questiones, uel diferen-
tias, bona fide, diffinire, et quid quid factum fuerit per eos aut
qualibet ipsorum executioni mandent, et obseruent per Dominum
Vicarium integraliter, et si recusauerint dicti agrimensores ire ad
Loca differentie soluant prò quolibet, qualibet uice, solidos Cen-
tum; sitque eorum salarium, qualibet parte, prò duobus stationibus soli-
dos quatuor, ab uno miliare, infrà uersus terras Liberne, ab inde
extrà, per totum districtum, prò duobus stationibus bononenos tres à
qualibet parte; si uerò mensurauerint, tam infrà miliare, quam extrà
ultrà numerum duorum stadiorum, habeant medietatem supradicti
salarij, prò quolibet statiorio, habeantquè prò quolibet tabula mu-
ri, et tecti, et tantundem de puteis, tantum quantum habent prò quo-
libet stario terre, infrà miliare, et qualibet uegete cuiuscumque
capacitatis sit, bononenum unum à qualibet parte, et idem intelli-
gatur de tinis, et tinellis, et teneantur habere unum Librum in quo scri-
bant omnia, que geruntur per eos pertinentia ad dictam artem,
et ostendere partibus quando uoluerint uidere ea que gesserint,
et scripserint inter eos, faciantque apud ipsas de omnibus ges-
tis apodissam satisfacto eis de salario de apodissa scripta
competenti mercede, condemnenturquè in libris quinquaginta
si aliquis ipsorum falsitatem comisserit, et plus ad arbitrium Domini
Vicarij considerata qualitate delicti, et condictione personarum,
restituendo tamen omne damnum, quod intulerit alicui occa-
sione predicta, et expellatur de facto de suo Officio, nec de cetero
recipiatur ad tale officium, et quando staret in seruitio comunis, ste-
tur arbitrio dominorum Priorum respectu qualitate facti, et labo-
ris

ris, et qui fecerit sibi solui ultra predicta puniatur de facto
pro suo salario in solidis viginti pro quolibet, et habeant tabu-
lam, et semitabulas ad mensuram pedis Santi Antimi secundum quod
consuetum est in dicta terra, que sigillate sint per superstitem
alias mensuras sigillantem, et ab officio reuideantur, pro ut alie
mensure, et si iustas non habuerit soluat comuni pro banno
libras decem, et si iuxta tamen non signatum soluat libras quin-
que, et nullus murator debeat ponere cornices sine licentia par-
tis, uel tabularum in muro collaterali proprio, uel comuni pena
solidorum viginti, et qui emerit, uel vendiderit aliquam possessio-
nem, uel rem ad certam mensuram, si eam fecerit tabulare, siue
non, et per annum tacuerit, non audiatur postea, dicendo, quod
plus, et minus sit, et si peteretur reuideri expensis petentis reui
deatur, et reperto errore debeat satisfieri de precio, uel restitui
precium ei, ad quem errores contingerit, et possit accusare, et
credentia denumptianti habeatur, si plus, uel ultra dictum
salarium receperit sub pena predicta, et habeat medietatem
banni talis denumptians, et quod terrenum in plano siue in
monte sit mensuretur ad terram, et possessiones vicine alicui
fluminis tabulentur usque ad illum locum, et lectum ipsius flu-
minis.

De amplitudine fluminum Cap. 116.

Statuimus, et ordinamus, quod flumina in districtu Citerne exis-
tentia sint lata, et ampla hoc modo Vid.t Flumen Subarie, et Cer-
sonis sint lata iuxta aquas per duas Cannas, fossatellum sit am-
plitudinis unius Canne, et latitudinis quatuor pedum iuxta aquas
aquerelia sint ampla iuxta aquas sex pedes in sumitate octo
pedes manuales. Flumen Virgonis sit latitudinis in fundo quatuor

pe

pedum, et in sumitate sex pedum, et quelibet Arbor sita inter dictos pedes incidatur, et incidi posse per patronos convicinos possessioni dicti fluminis in quà sunt dicti Arbores mandato Dni. Vicarij, et duorum superstitum electorum prò comuni in difinitionibus, qui habeant adimplere predicta in presenti Statuto contenta, et eorum salarium sit, prout in Statuto de difinit. loquitur, sub pena recusantis incidere dictas arbores sic impedientes, et terminos usque ad confines predictos librarum quinque prò primo precepto, et prò secundo pena duplicitatis, et non ultra, et nichilhominus cogatur personaliter ad faciendum predicta, et si contigerit greppum aliquis esse aliqui flumini Patronus terre ipsius greppi vendere teneatur emere volenti prò precio condecenti secundum extimationem fiendam per duos bonos viros à partibus eligendos, cogendosquè per Dominum Vicarium ad dictam extimationem fiendam prò dicto contractu perficiendo, ut aqua liberè ire possit; Adiderunt etiam quod clausurella fluminis aquevelie sit, et esse debeat minor unius pedis quam sint possessiones aut latera ipsarum circumstantium pena contrafacienti librarum decem, et emendas totius damni occurrentis patroni possessionum, et Regghia dicte clausurelle sit ampla per quatuor pedes manuales, usque ad molendinum, et fodita sufficientes, taliter quod si versaret damna non inferat, et quod patronus dicte clausurelle eam admoneat de mense Octobris, que vacet, et svolta sit, et stet usque ad mensem maij, sub dicta pena, et notarius plani cognoscat, procedat, et condemnet contrafacientes in predictis, et observare faciat, ac etiam mandet dictis dominis clausurelle, ut mundare, e purgare faciat fussatellum iuxta regghiam, ut aqua ad flumen bene labeat.

Quod Vicarius non comedat in domo alicuius de Citerna Cap.o 117.

Ordinamus, et statuimus quod Vicarius Terræ Citernæ, et eius Officiales non possint bibere, uel comedere cum aliquo Citernense in Domo eius propria, uel conducta, nec aliquid in servitium ab aliqua persona, uel Curia recipere, et qui contrafecerint admittant de eorum salario solidos quinquaginta.

De beneficio Statutorum comunis, solum iuuent Citernensib. Capo. 118.

Item statutum fuit, quod beneficia statutorum, et ordinamentorum solum prosint Citernensibus, et districtualibus terræ Citernæ, et non alys ullo modo, nisi illud specialiter in presenti uolumine statutorum provisum esset, quo casu per presens capitulum in ipsis casib. non debeat derogari, quemcumque habitauerit in terra Citernæ, uel eius districtu, per annos uiginti quinque continuos cum tota sua familia pro Citernense habeatur, cum hoc, quod a Consilium hominum Terræ Citernæ sit approbatum, et nullus forensis ad officia aliqua dati comunis Citernæ admitti, nec recipi possit, et qui pro dictis forensibus non habitantibus in dicto tempore non approbatis per dictum Consilium avengauerit, uel consuluerit, ut ad aliquod officium admittantur, puniatur de facto in libris quinquaginta, et in tantundem puniatur ~~de facto de facto~~ dicti forenses qui aceptauerint dictam electionem, et si Vicarius fuerit negligens in exigendo dictas penas, incidat in pena librarum uiginti de suo salario retinendarum.

Infra quantum tempus debeat terminari questiones forensium orphanor. Cap 119.

Statuimus, et ordinamus, et hac presenti lege obseruari uolumus, quod Vicarius Terræ Citernæ qui est, et pro tempore fuerit teneatur omnes, lites, causas questiones, sive controuersias quæ

55v

uerterentur coram Dn̄o Vicario forensium Orfanorum, et miserabilium personarum cognoscere, decidere, et terminare, ac diffinire debeat simpliciter, et de plano, sinè strepitu, forma, et figura iudici, sola facti ueritate inspecta infra quindecim dies, a die, quà incepit cognoscere numerandos ad penã XXV. Librarum denariorum, in quo tempore sui sindicatus per sindacos condemnetur, de quo Dn̄i Sindaci ad petitionem cuiuscumquè petentis inquisitionem facere debeant de predictis, et quilibet de predictis possit accusare, et ualeat, et si citius dictas causas poterit expedire, citius expediat, T et quę questiones, et Causę omni tempore cognosci possint, et ualeant, pro bono, et euidenti utilitatè comunis Cisternę pariter, et finiri, non obstantibus ferijs, et eadem dispositio extendatur in causis ~~Ecclesiasticorum~~, piorum Locorum, et alicuius religionis, saluo prò diuino cultu inducto, et tandem prout redditur ius Cisternensibus in illis terminis quod quibus est forensis, qui petit ius sibi reddi eidem forensi reddatur et fiat.

T dum tamen terminus supradictus non excedat, et quę

§ De Predicatore eligendo Cap. 150.

Ordinamus etiam, quod Dn̄i Priores, Sindacus, et Camerarius teneantur de mense Januarij cum Guardiano Santi Francisci de Cisterna, uel cum Guardiano Crocifissi prouidere, quod in Terra Cisternę sit unus bonus et sufficiens Predicator maxime in quatragesima, qui ut supra nominati teneantur: insuper diligenter predicto Predicatore habendo, et illi statuant pro eius salario, et mercede Libras uiginti denariorum pro tempore quatragesimę, quo finito dictum salarium eidem integrè persoluatur: per Camerarium comunis, et quod factum fuerit contra presens capitulum non sit efficax, uel ualidum ad dictum salarium habendum à dicto Consilio, et petentibus non audiatur plus.

Circa predicta in precedenti Capitolo comprobantes statuarunt

Lice

licere dictis DD. Prioribus Terre Citerne, eorum Consiliariis pro tempore existentibus salarium Predicatoris augere, et diminuere secundum Predicatoris, exigentiamque temporum.

De preceptis factis in confessione in iudicio. Capo. IIII.

Etiam statuimus, et ordinamus, quod si quis citatus fuerit, uel eius Procurator, aut alia legitima persona pro eo comparuerit in termino in iudicio coram Dno Vicario, ed illud quod impetitione seu libello actoris continet. fuerit confessus sponte sua, uel quod petitum fuerit per actorem, et reductus fuerit ad probationem, et partes liquidate, dominus Vicarius tali confitenti, uel contra quem fuerit sic probatum, et liquidatum, percipere debeat quatenus infra decem dies dare, et soluere teneatur, et dedisse, et soluisse debeat et restituisse, et satisfecisse quod si petitum esset, et precium confessatum, et si infra dictum terminum decem dierum non soluerit cum effectu Vicarius eundem personaliter, et realiter ad petitionem actoris cogat cum effectu sine aliqua exceptione, uel uel alia datione termini ad soluendum, et satisfaciendum petita, et confessata, nec non ad satisfaciendum totaliter, et integraliter omnes expensas factas per actorem, et si dictus Vicarius, et eius Curia ad requisitionem dicti actoris noluerit, et negligens fuerit, dictum reum capi facere, et in Carceribus detinere, teneatur ad penam librarum decem de suo salario retinendarum.

Quanto ad contenta in soprapposito Capo., aduertentes, qualiter in Capo. XX. huius primi uoluminis est statutum quemque personaliter grauari non posse, nisi petita quantitas excedat summam librarum decem denariorum, et in hoc Capo. indistinte permittitur personaliter quemlibet grauari posse; Propterea concor-

dan.

56v

dantes decreuerunt esse locum illi Cap.o XX.mo, et sit, quod quis grauari personaliter non possit, nisi quantitas, ad quam est condemnatus excedat libras decem denariorum ad minus, permitentes tamen Dno Vicario, et eius Officiali quod ualeat citari facere, confessos, uel condamnatos debitores, uel contumaces cond. quos est concessa executio iuxta formam statutorum ad standum detentos in Palatio, sed ipsos inuitos detinere, et in Carcere non ualent nisi quantitas excedat Libras decem, ut supra, uel nisi debitor sit suspectus de fuga.

De istantia causarum ciuilium. Cap.o IIII

Item statuimus, et ordinamus, quod in omnibus quibuscumque causis, questionibus, seu controuersiis quæ uentillantur in terra Lixerne, in quibus lis contestaretur, siue pro contestata haberetur excedentibus summa XXV librarum denariorum instantia duret, et durare debeat per duos menses continuos, et non ultra, incipiendo à die litis contestatæ ita tamen in dicto termino non computentur feriæ introductæ occasione messium, Vendimiarum, nec Phascales, nec natiuitatis Dni. nri., nec tempus, et dies compromissi computentur, si compromissum per partes in istantia celebratum contingerit, nec temporum Apostolorum interposit pendentibus causis, et questionibus predictis, nec illud: Vid.t si contigerit offo exercenti nuouo Vicario, non superesset dicta istantia nisi decem dies, uel minus, tunc de dicto casu, ultra dictos duos menses intelligatur durare istantia predicta per alios decem dies. Ita quod in dicta tempora nuouus Vicarius debeat, et possit lites, et Causas fine debito terminare, et dictis terminis elapsis, instantia Causæ sit exempta, et si Vicarius coram quo uerteretur esset negligens in terminando dictas, lites, causas, et questiones, et terminos supra di-

dictos, cadat in penam librarum uiginti quinque ipso facto qualibet uice, quam penam Camerarius pecunię dictę terrę retinere debeat de suo salario, ejusd. d. Vicarij, et quilibet Vicarius teneatur prò suo Offo ad interesse, et damna litigantium, si uero dicti termini decurissent negligentia, siue culpa partis agentis, teneatur ipsa pars agens alteri parti ad decem libras denariorum, et in satisfactione omnium expensarum litis, et nichil ominus ab istantia illius Judicij absoluatur, et fiant huiusmodi condemnationes et absolutiones in una sententia ad petitionem cuiuslibet partium, ad deinde liceat actori nouam producere petitionem et renouare iudicium, et pars agens audiri non debeat, uel possit nisi primo refficiat expensas parti primi iudicij, uel depositum fecerit dictarum expensarum litis peremptę, e de ambarum partium uoluntate, et dè consensu possit dicta istantia duorum mensium prorogari, et in dictis terminis presentis instantię non computentur tempora, et dies, quibus copia dni. Vicarij, et eius Officialis non sedentis prò tribunali habere non posset, sed dicti dies sublati sint, et esse intelligantur de istantia dictorum duorum mensium, et negligentia, siuè culpa partis agentis deprehendatur legitimè, aut uerisimilibus conjecturis, quibus aliud in contrarium eiusd. non appareret.

Dè causis summarijs. Cap. 153.

Statuimus, et Ordinamus, quod in questionibus, et causis à XXV. librarum infra à maiori summa non dependentibus summarias, et extraordinarias for. deinceps et in eis procedatur, sine libelli oblatione, et in quibus sufficiat actori sapud acta, qualis petitio simplex, et facti narratio distincte, et clarè eo, qd terminus assignetur, primo diei sequenti iuridicè ad accipiendum copiam, et ad respondendum dictę petitioni, in quo termino primo sibi corpo-

57v

porali iuramento per Dnum Vicarium delatum respondere Reus teneatur negando, uel confitendo, et qui iuramentum religione neglecta per actorem petita negauerit scienter postquam competenter per Judicem siue Vicarium in termino actori ipso statuto actoris intentio subiudice probaretur, et per idoneos testes condemnetur reus in quantitate probata, et expensis actoris, et insuper in tantundem condemnetur comuni pro delicto perjurij et ut perjurius reputetur, et publicetur, et lis quemlibet ex predictis definiatur infra tempora XXV continuorum, et hec intelligatur, et locum habeat in presentibus, presentis, et futuris lege aliqua, uel statuto in contrarium non obstantibus, non possit tamen de his questionibus summarijs, et extraordinarijs cognosci, uel procedi tempore feriato occasione messium, et uendemiarum, et in onorem Dei, et Virginis Marie, et Apostulorum tantum, et sufficiat in his citatio facta solum ad simplici cedula, et procedatur remota solennitate et exceptionibus iuris, et solum seruentur per Dominum Vicarium, que in presenti statuto continentur, et arbitrio Dni Vicarij omnis dilatio sit concedenda, et à pronumptiatione facti per Dnum Vicarium, et precepta possit, et debeat appellari recursi, et de nullitate dici coram Dominis Prioribus Terre iudicibus appellationum à sententijs, preceptis et grauaminibus Dni Vicarij, et super dictis causis possit peti iudicium sapientis, et decerni si petitum fuerit, seruando formam contenta in statuto de petendo consilium sapientis, et qui conuentus in causis, et modis predictis confessus fuerit petita per actorem statuatur sibi terminus decem dierum ad soluendum prout in statuto loquenti, siuè posito sub Rubrica, de preceptis factis in confessione, ut supra, ad causas Lib. X. in citatione sint sinè cedula.

Circà contenta in dicto Capo considerantes Domini Reformatores, qualiter in dicto Capo causas esse summarias, et Libellum non requiri cum petita quantitas non excedit Libras uiginti quinque dena-

denariorum, sed sit ab indè infrà à maiori summa non dependens; et in Cap.o tertio posito suprà sub Rub.a de modo citandi, et conquerendi simpliciter disponitur, quod libellus non requiratur in petitione librarum XXV, et infrà aliter cum declarato an petita quantitas à maiori summa dependeat, nec nè propterea concordantes decreuerunt, quod petentes sine libello infra libras 25: simpliciter petant, aut si dicere volunt prò parte maioris summæ debeant, et teneantur declarare, ed addere hæc verba, Videlicet, non excedentis Libras XXV. alias petitio facta non valeret, neque admittatur sinè libello; Ita concordantes dicta Capitula destinguendo.

Item considerantes Dni. Reformatores qualiter in hoc Cap.o simpliciter disponitur cedulam non requiri ad citandum debitorem aliàs non facta distinctione, utrum quantitas petenda excedat libras decem denariorum necne, prout est dispositum in d.o Capitulo 3.o concordantes statuerunt, tunc cedulam non requiri in his causis summarijs, quando petitio non est quantitas excedentis ^viginti quinque denariorum taxatum prò instantia causarum ciuilium harum summariarum sit dierum utiliam, eum currentiæ.

T libras decem hoc Cap. adum illud distinguentes, addentes ad tempus ^

Qui possunt Porurem constire. Cap.o 24

Ordinamus, et statuimus, quod quilibet principalis habens mandatum ad costituendum Prorem, possit ipsum facere, et costituere, et quilibet mulier virum habens absque consensu, et presentia viri, et proximioris possit Prorem constituere Sindici Villarum districtus Ciuerne in omnibus, et singulis litibus, et questionibus coram quorumcumque officiali possint, et quicumque, et quilibet Tutor et curator, actor, et Sindacus etiam ante litem contestata in contrarium, lege aliqua non obstante, nec alia substantialitate seu solemnitate iuris possint procuratores costituere, et habens

man-

58 v

mandatum ad agendum, et defendendum possit in dicta causa esse usque ad finem litis, et omnia facere que ad causam pertinent, non obstante quod mandatum ad plura se non extendat, et principalis constituens teneatur ad quemlibet actum iudicialem factum per Procuratorem, ad omnem sententiam, seu pronunciationem datam, et factam per Procuratorem, ac si ipse principalis in iudicio fuisset, et non possint se defendere ex eo quod suus Procurator non habuisset sufficiens mandatum vel quod alias fuisset inhabilis procurare, salvo tamen quod extra iudicium Procurator nichil agere valeat in preiudicium constituentis nisi habeat speciale mandatum.

De debitorib. sospectis. Cap. 115.

Etiam statuimus, et ordinamus, quod creditor Livernensis, et forensis possit dicere, et iurare sospectum quemlibet suum debitorem Livernensem et forensem, et prestito dicto iuramento, et sine aliqua requisitione Dnus. Vicarius, et eius Officialis concedat ei licentiam Balitorum, et familiam ad capiendum dictum debitorem suspectum iuratum, et constituendum qui debeat esse in Carceribus missus ad petitionem Creditoris, nisi sufficienter, et satis dederit pro eodem debito, et si revocaretur in dubium debitor sit suspectus nec ne, Vicarius diligenter inquirat de suspectione, credatur persone digne fidei, deponenti saltem publica fama, et interim personaliter detineatur, et si sospectus non reperiretur non teneatur satisdare, sed capi faciens in expensis legittimis condenetur, et de facto Vicarius cogat ad solvendum solidos centum pro comuni, et intelligatur forensis in hac parte omnis persona, que factiones comunis Liberne non fecerit tamquam alii Livernenses, nisi privilegiati, et immunis sint a comuni, et si quis possiderit immobilia Libere, et non sint obligata equivalentia summe aut valoris rei petite, vel debiti non intelligatur

ei

di eſſe suſpectus, et teneatur creditor ille uolens capi facere suum debitorem ostendere Dno. Vicario, et eius Officiali instrumentum debiti, uel prestare sacramentum calumnie, et si suspectus sibi satisdationem dederit idoneam relaxetur.

Qualiter cogant. creditores ad satisfacien. debitorib. Cap. 126.

Item statuimus, et ordinamus, quod Vicarius Terre Citerne teneatur uinculo Juramenti cogere creditores ad faciendum refutationem suis debitoribus post quam fuerit eisdem integre satisfact. et ad reddend. principalia instra cassa, et cancellata dictis debitorib. dumodo debitor satisfecerit suis creditoribus de tota quantitate, et expensis legitimis, quas d. Creditor fecerit occasione dicti debiti.

De instrum̃tis. et debitis occasione ludi. Cap.o 127

Statuimus, et ordinamus, quod si aliquis fecerit alicui aliquam promissionem, uel obligationem cum instro uel sine occasione Ludi taxilorum, uel alterius Ludi, quod talis promissio uel obbligatio non ualeat, nec teneat illo modo, dumodo probari debeat per duos testes idoneos, quod talis promissio, siue obbligatio facta, fuerit occasione Ludi, non obstante, quod in promissione, uel in instro. apposita fuerit alia causa, et Vicarius talia instrumenta, et promissiones cassare faciat, et anullare ad petitionem petentis.

De Procuratorib. petentib. Cap.o 128.

53v

Ordinamus etiã quod Dnus Vicarius teneatz dare Procuratorem illũ quem quis petierit sibi dari expensis, et salario ipsius petentis competentibus per suã mercedẽ super quò si erunt concordes stetur eorũ concordia, si non stetur, et solvatur illud salariũ, de quò cavetur in presenti volumine statutorũ in statuto de materia loquente, et Dnus Vicarius teneatz, et debeat cogere illũ qui fuerit petitũ in Proremẽ, realiter, et personaliter q̃ dictũ Officiũ Proris acceptet, et patrociniũ prestet sibi Dnus Vicarius precipiat, et mandet, et si dictus Pror. sic petitus recusaverit prestare patrociniũ solvat de facto bannũ librarũ decem, quã penã teneatur de facto sine aliqua diminutione diferre dicto Prori Vicarius sub pena quinquaginta de suo salario retinendarum nisi dictus Pror. petitus iustã excusationẽ habuerit, et legittimã Dnõ Vicario videbitur.

Dicimus etiã, quod opponi non possit, quod si aliquis Procurator constitutus non sit legmẽ relevatus, quæ exceptio per Vicariũ admitti non possit et admissa non habeat effectũ, dicimus, quod non possit dare in Proremẽ aliquẽ Consanguineũ, vel affinem in primo, vel secundo grado illius contra quem Pror. peteretz, et dicti Prores sic petiti, et dati teneantz ipsã procurationẽ legaliter facere bona fide, et sine fraude, et sollicitè, et qui habet unũ Proremẽ non possit aliũ petere, nec etiã aliquis Vicarius, et eius Officialis possit se rogari de dicta Procura sine mandato sub pena decem librarũ si contrafecerint, et acta p. eos facta non valeant. Circa contenta in premisso Caplo: statuerunt, quod notarius Actuarius Dni. Vicarij possit se rogare de procuris personarũ litigantiũ corã eo, et cætera acta facere dipendentia ex suo Officio, quo ut supra expressius reformatũ est in octavo Capo. huius primi voluminis statutorum causa

ra

rum civilius, et ad ibi dicta relatio habeatur.

Quod Vicarius non prestet patrocinium uel consi.m alicui. Cap.o 129

Etiam statuimus, et ordinamus, quod Vicarius, et eius Officialis, non possit, nec debeat esse Pror., nec consilium dare alicui in aliqua questione civili, uel Criminali in eius curia instituta sub pena perjurij, et librarum quinquaginta comuni applicandarum pro dimidia, pro alia dimidia parti contra quam consilium uel patrocinium petitum fuerit. Possit tn. si uoluerit d. Officialis consilium prestare Orphanis, Viduis, et pupillis, qui non possunt conducere ad salarium procuratorem, uel aduocatum, et possit etiam alicui ex Liternensibus litigantibus alibi, quod in curia dicti Officialis consulere, et patrocinium prestare, et ad penam supradictam non teneantur, et nulla culpa possit committi per uiam compromissi, et arbitrij in personam ipsius Dni. Vicarij, et suorum Officialium, et si causa sic commissa per eum decisa fuerit non ualeat ipso iure, sed sit eius difinitio, et terminatio penitus et omnino cassa, et irrita, et nichil omninus propter dictam causam sic comissam per dnum Vicarium receptam, Itm. Vicarius incidat in supradictam penam, non tamen intelligantur predicta, si causa sit comissa in Dominum Vicarium tamquam in amicabilem compositorem, et arbitratorem, sed possit accedere, et partes in pacem ponere, sine aliqua pena.

De petita consilio sapientis dando Cap.o 130.

Statuimus, et ordinamus, quod in causis ordinarijs à quinque

60v

quinque libris supra ante litem contestatam, uel proumptiatam pro contestata peti non possit consilium sapientis, sed potius possit tantum semel, aut bis ad plus peti pro qualibet parte, et non ultra, nec Vicarius possit ultra predictam formam concedere ullo modo, et si contingerit peti consilium predictum debeat peti infra unum mensem à die contestationis litis computandi, et si ultra dictum mensem peteret possit licite denegare Vicarius, nec ab hoc possit appellare, et petito consilio sapientis statim Vicarius faciat deponi competens salarium ab utraque parte, uel à petente prout uidebitur Vicario, et faciat produci scripturas, et acta et consultare elegi per partes si in unum causa concordabunt, alias eligatur per dnum. Vicarium quo consilio petito pred. Vicarius in causa nullatenus procedere possit, immò ipso recepto teneatur pronunciare secundum formam consilij redditi in causa per consultorem.

Quod non reddatur ius non solventi datia, et alios prouentus Comunis Cap.o 131

Ordinamus, et statuimus quod nulli de Terra Citernę, etiam forenses quam distributarij, et eius curia qui reperti fuerint non soluisse, nec satisfecisse omnia datia, et gabellas, et quolibet prouentus comunis quo quo modo sint in termino à comuni prouiso, et ordinato, et etiam quicunque haberet de bonis comunis, et teneret penes se ocultè, uel manifestè non audeant, nec intelligant quo quo modo, et ius eis in ciuilibus causis non reddatur per aliquem Officialem, siue Vicarium dictę Terrę, et nullus pro eis uel pro aliquo ipsorum possit aliquid allegare dicere, uel procurare pena Officiali, Aduocato, et procuratori librarum XXV. qui contrafecerit in predictis et hoc capitulum dnus Vicarius omni mense sui regiminis faciat p Tubicinam Communis proponi, et bandire per Terram Citernę.

sub

sub pena x. librar. prò quolibet uice, et quolibet mense retinendarum prò comuni, si negligens fuerit, et predicta locum habeat in presentibus, et futuris.

Pena comparentib. per Prorem. cum non sit Prorem. Cap.o 132.

Etiam statuimus, quod si aliquis comparuerit in iudicio coram dno Vicario procuratorio nomine alicuius prò causa aliqua, quicumque sit qui compareat in tempore sue comparitionis Procurator non esset, uel postea neget se prorem. esse uel fuisse illius prò quò comparuerit predicta comittens, et sic delinquens in aliquo predictorum puniatur de facto, et sine sollenitate aliqua uel scriptura in libris decem denariorum, et d.o modo sibi dicta pena auferatur, et dicto comuni debeat applicari, et tempore illius Vicarij non possit ipse Procurator procurare, et exercitium exercere, et si repertus fuerit exercere qualibet uice in centum solidis puniatur, et ad restitutionem damni, et interesse contra quem comparuerit procuratorio nomine casu non essent concordes de damno, et interesse, credatur ipsius aduersarij iuramento si sit persona bone conditionis, et fame predicta fiere debeant prò quolibet officiali comunis summarie, et de facto sine strepitu, et figura Judicij ad petitionem aduersarij talis comparentis procuratorio nomine alterius, et hoc statutum ualeat, et obseruetur perpetuo, et si quis agendo, uel defendendo comparuerit in aliquo actu questionis tamquam Pror., statim teneatur exibire Instrum. Prore, uel Protocollum, quod, uel quod si non ostenderit minimè audiat.

Quod consangui.ei et affines possint ad defensam ad agend. interuenire. Cap.o 133.

61v

Item statuimus et ordinamus, quod ad defensam, et agendū possit, et ualeat quilibet consanguineus cuiuscumque usque in tertiū gradum tam ex parte patris, quam ex parte matris computatione facta secundū ius Canonicū etiā sine mandato ad iudiciū, et in iudicio in termino causā agitare prout posset consanguineus eius ad iudiciū uocatus dummodo in primis, et ante omnia talis interueniens fideiussore prestet etiā idoneā cautionē, et ipse etiā se obliget pro tali ad iudiciū uocato, uel contra quē procedebatur de iudicato soluendo uel de rato, et rati ambitione, et perpetuo predictū statutū obseruetur dummodo prius prestet idoneā cautionē.

De iuramento prestando per Procuratorem artis exercendo. Capo. 134.

Statuimus, et ordinamus, quod quilibet Procurator qui datus fuerit alicui teneatur et debeat in manibus Vicarij, uel eius Officialis bene, et legaliter absque fraude, dolo, culpa, uel negligentia procurare, seu patrocinare causas quas asumpserit, ipsasque tractare, et prosequi, et finire iuxta suū posse sub pena periurij; et insuper si qua culpa, causa, uel negligentia dictorum Procurum quia lix, et questio deferretur, seu periret teneatur dictus Procurator ad omne damnū, et expensas, et interesse partis dannificante et Vicarius teneatur cognoscere, et punire, et condmnare in penis Librarū decem Comuni applicandarū pro qualibet lite sic perempta, et perdita Procurem, ut supra delinquentes.

(margin: procurandas)

Quod Procurator teneatur suum principalem conuenire. Capo. 135.

Ordinamus etiā, quod Vicarius Terre Citerne, quod pro tempore

re fuerit, possit, et teneatur quandocumque ipsum d(ic)tas mo=
uerit, uel uiderit expedire facere comparere principalem, et ipsum
de meritis causę interrogare, et pro ueritate indaganda, et ipsum
principalem per aliquem ex bannitorib(us) dicti Comunis mandare, et
precipere quod coram eo debeant personaliter comparere ad respon=
dend(um) instrumentis ei in citationib(us) assignandis, et illis de quib(us)
d(ictus) Vicarius, et Officialis cognoscentes uoluerunt interrogare ad
penam Centum solidorum etiam plus, et minus arbitrio Vicarij uel
Officialis requirentis, et si non uenerit ad dictam penam teneatur
et de facto exigi possit per Vicarium, seu Officialem predictis,
si illi cui factum fuerit tale mandatum fuerit requisitus per=
sonaliter in Terra Liternę uel eius districtu; possint etiam Offi=
ciales predicti mandare procur(atori) principali per ipsum principalem
faciat coram ipso principali personaliter comparere ad respon=
dend(um) ut supra, et si dicto casu dictus p(rincipa)lis non uenerit infra
terminum eius Procur(atori) assignatum possit dictus Vicarius, seu Officialis
dictum Procuratorem principalem non prestante in d(ic)ta Causa ulteri=
us non audire, et nichilominus in causa procedere facien=
do dictum principalem citare personaliter, uel ad domum in actis
contra eum fiendis, et predicta locum habeant, quando d(ictus) p(rincipa)lis
tempore dicti facti mandati fuerit in Terra Liternę, uel eius
districtu; possint etiam Vicarius, et Officialis predicti d(ic)tum ui=
derent aduocatum, uel Procuratorem per cauillationes, et subter=
fugia lites prorogare, et litigantes indebite fatigare; ip=
sum Aduocatum, seu Procuratorem a tali lite, uel questione am=
mouere, et repellere, et ipsos in dicta causa ulterius non
audire.

Quod Clerici non possint aduocare siue procurare. Cap. 136.

Item statuimus, et ordinamus, quod nullus Clericus beneficiatus
uel prebendus in aliqua ecclesia possit facere aduocationem

et

et procurationem in aliqua causa comunis Ciernæ, et quod nullus Officialis comunis audeat, uel admittat talem Clericum in procurando uel aduocando agendo, uel defendendo nomine alieno, et qd non possit habere aliquid Officium à comuni predicto in ipso Comuni, et si quis talem Clericum eligeret in aliquo Officio, uel arengauerit prò eo Clerico eligendo soluat dicto comuni Libras decem prò qualibet Libra, et si dictus Clericus aceptauerit, uel administrauerit dictum Officium, ac etiam non possit in Consilio uenire pena XXV. librarum denariorum, et eius electio, et administratio non ualeat, sit cassa, irrita, et inanis, et si per aliquem contra aliquem hoc allegauerit, quod Officialis coram quò d.s Clericus beneficiatus, uel prebendatus uellet ut supra agere, uel defendere uel aduocare faciat d.m Clericum iurare ad Sancta Dei euangelia, et si negauerit credatur de publica fama per decem homines et Vicarius, et eius Officialis predicta obseruare teneatur. ad penam quinquaginta Librarum de eorum salario auferendarum, et Sindacus comunis teneatur, et debeat in Libris X. puniri, si à Vicario tempore sui officij, uel Sindacus sic delinquente, et predictum Statutum non obseruante dictam penam quinquaginta librarum non exigerit. et dispositio presentis Statuti extendatur ad Clericum etiam uolentem se rogatum facere de aliquo contractu, siue distractu emptionis uendictionis tam fiende in iudicio, quam extrà, et de contractu cuiuscumque generis sit, et talis rogitus non ualeat, nec teneat, nec eius uigore aliqua competit actio, siue exceptio, et Libr. X.X.V. soluat dictus Clericus comuni de suis bonis auferen., et persona contrhaens faciat dictum Clericum soluere comuni Lib. decem contrahenti etiam soluat Sindacus si eas non exigerit à Ciernense illo, qui rogitum fecit, et esse uoluit d.m Clericum

Quantum ad disposita in presenti Cap.o Considerantes Dnii

Re=

Reformatores per statuta laicorum penas infligi non posse personis sacris constitutis, propterea contenta in dicto Capit.º quantum ad penas inflictas Clericis Procuratoribus, et aduocantibus, cassauerunt, et anullauerunt mandantes Clericum pro alio in causa ciuili, uel Criminali per dominum Vicarium audiri non debere, et per ipsum producta non admitti, et ad admissa in aliquo non releuare exceptis consultantibus de Jure, et quidem sanctè, et canonicè cum presbiteros non deceat negocijs secularibus, et forensibus disceptationibus immiscedri.

Quod Clerici et forenses prestare debeant fideiussores in causa. Cap.º 137.

Statuimus etiam, quod quilibet Clericus, uel persona Ecclesiastica, aut Religiosi, aut quilibet Pror ipsorum, uel Sindacus, et Pror.º alicuius Religionis, siue Monasterij, et quilibet mulier uirum habens, et quilibet forensis per se, uel per alium prestare debeat fideiussorem de soluendis, et reficiendis expensis si mouerit aliquam litem, uel questionem si contingerit in ea succumbere que expense soluantur, et reficiantur illi contra quem questio foret mota, et sine dicta prestatione fideiussoris in aliquo suo iure non debeat aliquam personam ex predictis audire, nec intelligere Dnus Vicarius etiam si minimè per alteram partem petita fuisset dicta fideiussio, uel fuisset prestata, et dicta prestatio fideiussionis etiam extendetur, et habeatur in causa reconuentionis fiende de aliquibus ex predictis personis, et quilibet Liuernensis possit per aliquam de dictis personis se obligare in dicta curia coram Dnō. Vicario tam in concernentibus iudicium aliquod, siue litem

uer=

63v

uertentes coram eo, quam in dependentibus ex ea, uel ob eam, quasi fideiussio aliqua ex dictis preter alicuius contractus, et talis obbligatio per Civernenses fact. ut fideiussorem utraque de causa teneat, et actio creditori resultet, et competat in sua petitione audiatur.

Quod nulla mulier debitrix possit in Palazio detineri Cap.° 138.

Ad hoc ut honestas mulierum sit penitus preseruata, quod nulla mulier debitrix possit in Palatio detineri personaliter prò aliquo debito, nec carcerari, sed bene tantum in locis arrestis ad petitionem sui Creditoris detineatur, et incarceretur, seu penès idoneam personam, et honestam mulierem uinculo legata sine ferreis recomendetur. Quantum ad contenta in precedenti Cap.° confirmauerunt in totum, preterquam in eo quod dicitur mulierem legatam uinculo uel compedibus penès idoneam personam comendari, nam prò debito ciuili noluerunt mulierem uinculis, uel compedibus alligare, sed aliter benè, et cautè custodiri, dummodo in Palatio non ditineatur, nisi in societate alicuius mulieris honestæ, secus autem in causis Criminalibus presertim penam corporis afflitiuam exigentibus.

Dè causis mercantilibus. Cap.° 139.

Ordinamus etiam, quod si aliquis Civernensis, seu forensis uenirit extra districtum Civernæ cum aliqua mercantia alicuius mercatoris cogatur, et compellatur per dnum Vicarium ad redendam rationem illius, quod haberet illius mercatoris, qui mercator ponatur et mittatur in tenutam, et corporalem possessionem bonorum illius nolentis reddere rationem, et non restituentis

id.

id quod acceperit à dicto mercatore, et si dnus Vicarius requisitus per aliquem sociorum super reddenda ratione societatis debeat idem dnus Vicarius realiter, et personaliter cogere aliquem ex socijs recusare facere ratione omni tempore, et sine strepitu et summariè quousque inter dictos reddita, et uisa fuerit ratio, et facto calculo inter eos quod fuerit calcolatum exe=cutioni mandetur summarie, et de plano sub pena domino Vicario in predictis negligenti librarum XX. de suo salario aufe=rendarum, et possit quilibet Civernensis etiam occasione mer=cantiarum cuiuslibet artis se obligare prò quolibet forense, et prò eo promittere etiam tanquam comptor, siue mercator, et talis promissio, et obligatio ualeat, et executioni mandetur. et in caso quò Civernensis se obligauerit alicui forensi prò aliquo forense, seu Civernensis ipsi forensi, cui obligatio fue=rit facta habeat beneficium statuti tam in executione illius obligationis, quam in alijs rebus quibuscumque; et si aliqua scriptura reperiretur coram aliquo mercatore scripta manu alicuius ex socijs, qui scripsisset quantitatem ipsam in so=cietate et alios socios, et infra alia scripta appareret, quod aliquis de socijs recepisset ab alio consocio aliquam quanti=tatem pecuniae à compagnia, siue ex causa mutui, uel alia de causa, siue quod quantitas aliqua fuisset missa in so=cietate predicta suo nomine credatur illae scripturae, et prò plena probatione habeatur, et executioni mandetur contra illum debitorem, et suos heredes, et bona tanquam in istru=mento guarentigiato facto occasione societatis, et hoc idem intelligatur, et obseruetur de scripturis factis per filios, socios et famulos, seu fratres deputatos ad scribendum solutiones, et rationes dictorum mercatorum, et in causis mercatorum, siue artificium inter alias personas diuersas procedatur hoc modo Vid. Quod ad istantiam mercatoris Aromatarij, aut al=

64v

aut alterius Artificis alicuius artis citetur legitime debitor, et penes facta curia redigatur talis, qualis petitio remota omni iuris solemnitate, et si debitor comparuerit in iudicio exponatur sibi petitio per mercatorem facta, et cum iuramento respondeat, et si confessus fuerit contenta in petitione assignetur sibi terminus decem dierum ad soluendum, si verò negauerit d. mercator, siuè Artifex teneatur librum, seu codicum rationum producere, in quò contraeat receptura, et data, et sit bene ordinatum, et quaternatum, signatum, et intitolatum, quò libro, siue codico rationum in iudicio exibito, et presentato, et calculata ratione personis inspectis, et consideratis, habeatur et intelligatur fuisse, et esse facta plenaria probatio, et sic condemnetur debitor conuinctus per dictum mercatorem, seu Artificem, usque ad quantitatem librarum quinque denariorum ad quem librum fides habeatur, ut premittitur, et à libris quinque, usque ad decem libras stetur, et credatur dicto libro cum uno teste fideidigno, uel addito iuramento mercatoris, uel Artificis et non ultra, qui liber debeat approbari per dom. Vicarium, cum domis Prioribus, Sindaco, et Camerario terrae Liburnae una uice in medio partitarum dicti libris scribatur, et approbatio facta manu dni. Vicarij teneat, et si in aliquo libro, siue libretto aut scriptura alicuius Artificis ligato, uel non intitolato uel non ut supra appareret subscriptio debitoris inspectà ueritate facti scripturae libri qualitate, et condictione personarum dicta subscriptio effectum habeat in quantitate petita, si res soluatur absquè aliqua alia probatione.

Circa contenta in premisso Capitolo declarauerunt, quod illud quod dicitur in d.o Capit.o sufficere qualem petitionem apud acta intelligatur quando quantitas petita sit infra summam librarum uiginti quinque denariorum; alioquin libellus requiratur ut s.a dictum est in alijs Capitulis.

De Ferijs Cap.o 140

Item statuimus, et ordinamus, quod dies feriati, et pro ferijs messium, et estatis sint, et observentur, et incipiant in terra Ciserne et eius Curia à chalendis mensis Julij usque ad festum S. Marie de mense Augusti, ferie uindimiarum incipiant in uigilia festiuitatis Sancti Michaelis Arcangeli de mense Septembris usque et per totum mense Octobris, de mense ianuarij, prima dies Circumcisionis, dies Epifanie Dni, dies Sancti Antonij de mense Januari, festum purificationis Virginis Marie, de mense Februarij, festum Sancti Mathie Apostoli de dicto mense festum Anunciationis Virginis Marie, de mense Marcij, festum S. Marci Euangeliste, de mense Aprilis, festum Sanctorum Philippi, et Jacobbi Apostolorum de mense Maij, festum Sancti Mihaelis Arcangeli de mense Maij festum inuenctionis Sancte Crucis de dicto mense, festum S. Barnabei, festum Sancti Antonij de Padoua, festum S. Jois. Bapte, natiuitatis Apostolorum Petri, et Pauli, festum S. Marie Madalene festum S. Jacobbi Apostoli, festum S. Laurentij, festum Assumptionis Beate Marie Virginis, festum Sancti Bartolomei Apostoli, festum decollactionis S. Jois Bapte, et S. Augustini, festum natiuitatis Marie Virginis, festum exaltationis S. Crucis, festum Sancti Matthei Apostoli, festum Apostolorum Simonis, et Jude festum Omnium Sanctorum cum die sequenti per officium mortuorum, festum Sanctorum Floridi, et Amantij, Ste Caterine, festum Sancti Andree Apostoli, festum Conceptionis Beate Marie Virginis, festum S. Lucie, festum Sancti Thome Apostoli, festum natiuitatis Dni nostri, cum octo diebus precedentibus, et octo sequentibus, festum Santi Matthei, festum S. Sebastiani, Pasqua Resurectionis Dni nri, cum octo diebus precedentibus et octo

65v

octo subsequentibus, festo Ascentionis Dni nostri, festo Corporis Christi, festo Pentecostes cum diebus duobus subsequentib; festo Sancti Bernardini, festo caeterorum Apostolorum XII; festo quatuor doctorum Ecclesiae, dies carnis Privij cum uno die precedenti, et uno sequenti. Ita omnibus diebus predictis sint feriae, in ceteris autem diebus Dnus Vicarius sedere debeat ad bancum iuris quolibet die semel tantum; Vid.t de sero pulsatis XXI. horis usque ad occasum solis, et quolibet die iuridico Dnus Vicarius faciat pulsare Campanam ter ante tempus sedendi ad bancum more iuris solito.

Dies feriati Cap.o 140. bis

Prima dies Januarij. Circumcisio dies sexta Epifania, dies decima septima, festivitatis Sancti Antonij, conversio S. Pauli die XXV; Sanctus Sebastianus XX; Sanctae Agnetis XX.8a mensis febuarij die secunda Purificationis Sanctae Mariae, Sti. Blasij 3a die Catreda Sancti Petri XXII; Sanctae Mathiae XXIIII. de mense Martij, Sanctus Thomas de Aquino VII; Sanctus Gregorius XII; Sancti Marci, et Euangelistae XXV. Sancti Petri Martiris XXVIII., mensis Martij S. Benedicti XXI; Maij Stum Philippi, et Jacobbi, die prima Stae Crucis III, Sti Jois ante portam latinam VI, Sancti Michaelis Arcangeli VIII Sancti Bernardini XX, mensis Junij Sanctae Barnabae XI. Santi Juliani XXII; Sancti Jois Baptae XXIIII. SS. Petri, et Pauli XXVIIII Mensis Julij Sanctae Margheritae XX; Sanctae Mariae madalenae XXII., Santi Jacobbi, et Christofari XXV; de mensis Augusti, santi Petri in Vincolis prima, Sti. Dominici V; Sancti Laurentij X. Asumptionis Beatae Mariae XV; Santi

Ho-

Floridi XXII. Sti Bartolomei XXIIII, Sti Augustini XXVIII. Sti Jois Bapte XXVIIII. mensis septembris Sti Egidy prima, Ste marie VIII. Sancte Crucis XIIII. Sancti matthei Apostoli XXI. Sancti Hieronimi 30, mensis Octobris Sancti Francisci IIII, Santi Luce XVIII. Sancte Simonis, et Jude XXVIII. mensis 9bris Santorum omnium prima, Sancti martini XI. Sancti Floridi 13, Sancte Catherine XXV. Sancte Andree ultima die dicti mensis Decembris die VII. Santi Ambrosii die VIII. Conceptionis Beate marie Virginis, Ste Lucie XIII. Sancte Thome die 21. nativitatis Dni nostri 25. Sancti Stephani XXVI. S. Jonis Apostoli XXVII.

Dè tempore, et imunitatè nundindinar.
Cap. 141.

Statuimus, et ordinamus, quod tempus nundinarum Citernensium duret, et durare intelligatur à die XXII mensis septembris usque, et per totum diem octavam mensis octobris inclusive, cum duobus diebus sequentibus ad discedend. cum mercantiis sine solutione alicuius gabelle in quibus diebus Dnus Vicarius non sedeat, nec reddat ius ad bancum iuris Civilis immo dicti dies nundinarum intelligantur, et sint feriati more aliarum feriarum, et durante d.o termino nundinarum quilibet possit, et liceat facere carnes recentes, et vendere in terra Citerne, et eius Comitatu, non excedendo precium sive precia, pt in capitulis vendictionis Carnium gabelle Contineatur, sine aliqua solutione gabelle, et sint, ut sperius liberi, ac etiam intelligatur prò duobus diebus sequentibus ut supradictis.

Itm intelligantur liberi, et absoluti ab omni solutione gabellarum ementes, et vendentes vinum in grosso, et ad minutum durante tempore dictarum nundinarum, et ab extractione de dicta Terra, et eius comitatu dumodo forenses habentes vineas, et possessiones vineatas in Territorio Citerne, et habentes vinum in d.a Terra, ac extraentes d.m Vinum, vel Uvas d.o tempore nundinarum, teneantur ad

ad solutionem gabellæ emptori gabellæ Vini, non obstante privilegio nundinarum. Insuper addito quod nulli liceat quoquo modo, vel aliquo quesito colore, sine licentia Domrum. Priorum, et Officialium Abundantiæ dicto tempore nundinarum extrahere aliquod genus frumenti vel bladi de Territorio Civernensi, et sine solutione gabellæ et sub pena in bannimentis, statutis, et capitulis, tam factis, quam fiendis statuta.

Circa tempus, et immunitatem nundinarum, declaraverunt, contenta in dicto Capitulo habere locum, et procedere in omnibus et omnia custodiri. Advertentes esse licitum magnificis DD. Prioribus, et con. Sindaco, et Camerario comunis, una cum Consultoribus terræ Civernæ pro tempore existentibus, ac nundinarum suprastantibus prorogare tempus dictarum nundinarum, et illud alterare, dummodo mensem non excedat prorogatio, et alteratio, statuentes quod Soprastantes Nundinarum electi à Mcis. DD. Prioribus, et Consiliarijs terræ Civernæ, durante tempore dictarum nundinarum, habeant iurisditionem cognoscendi, et decidendi summarie, et de facto vera facti veritate omnes, et quoscumque Lites, et controversias, quas oriri contingant tempore nundinarum intervenientes, et vendentes advenas, et eorum decidendi stari debeant à quà liceat appellare ad Dnos. Priores Terræ Civernæ prò tempore existentes.

Dè mercato fiendo in terra Civerne, 140.

Statuimus, et ordinamus, quod in terra Civernæ fiat mercatum in die Jovis qualibet ebdomada et dicta dies intelligatur libera à qualibet solutione gabellæ de introitu tantum, et tam nulli liceat in die mercati extrahere de dicto Territorio aliquod genus bladi, et frumenti sine licentia, ut in precedenti Capitulo Continetur, tamen extrahere omnibus ementibus res emptas in dicto mercato extra territorium Civernæ sine solutione gabellæ alicuius preter quam de frumento, et blado, ut supra.

Dè La=

De Laboratorib. 143.

Item statuimus, et ordinamus quod omnes persone que recipiant attendant terras ad laborand. ad partem frumentum reddend. una die antequam metant, requirere patronum ad uidend. metere et similit. ad triturand. si metuerit, uel trituraverit antequam ipsum dnum requirat sol-uat penas florenorum quatraginta, et teneat. laborat. satisfacere dno omne damnum, et interesse, que deceret substinuisse saluis tamen pactis habitis inter eos, et si laborator non bene terras laboraret, quam acceperit ad laborand. ipsas non laborando bene, et con-gruis temporibus, et non semenauerit ad tempus idoneum et non mun-dauerit bladas per totum mense Aprilis, et non sarchiauerit ad condecens non miserit fossas, non potauerit non lignauerit, magiaticauerit uangauerint, et non bene gubernauerit, et non fecerunt omnes, et singulas factiones, que spectant, et pertinent ad bonum laboratorem, prout res, et uine agerint reficiat d. La-borator omnes expensas, damna, et interesse que substinuerit, et fecerit dnus, et locator, et stetur suo iuramento, usque ad quan-titatem solidorum uiginti, nisi aliud pactum foret inter par-tes reparat tamen dnus siue locator dictum Laboratorem quando ipse dnus substinuerit dictum damnum, et si tam magnum damnum fuerit, ed illud probauerit laborat., teneatur ad satisfactionem totius illius damni, quod dnus probauerit, et teneatur laborator postquam granum, et Bladum messum fuerit ipsum non extrahere de ere sua posessione nisi primo assignauerit dno rei partem suam, in ipsa re, si dnus uoluerit dare, aut dnus noluerit debeat dictam partem dni consignare cuid. conuicino dicte posessionis, qui sit bone fame, et condictionis, et beneuolo utrique parti, quod si non fecerit, et dnus siue Locator damnum aliquod substinuerit teneat. laborator damnum illud emendare ad iuramentum dni sui Locatoris, ut supra dictum est in quantitate XX. flo-renorum, et si maior quantitas, et maius damnum recepit ad pro-bationem duorum Testium facta dd. dnum siue Locatorem teneat. Et teneat. quolibet Laborat. alicuius Poderis, Terre Vinee

67

Vineę Oliveti et similium à die recolictionis omnia genera dictarum rerum denunciare Dno, et Locatori, et ei notificare, et protestari, quod dictum Podere, terras, sive Vineas sibi locatę non intendit amplius tenere, quà notificatione facta, sit in potestate dinis, sive Locatoris, alteri cui voluerit concedere d.m laborerium, et illud locare [illegible] totum diem Omnium Sanctorum inclusivè, quod si non fecerit, tunc intelligatę quod locator relocasse, et concessisse d.o olim Laboratori immediate d.m Podere terras Vineas, Olivetę et similia prò eodę precio, quò primo habebat, et similitę sit in potestate Dni, sive Locatoris, à die recoglitionis fructum per totam diem festiu Omnium Sanctorum inclusivè notificare denegare, sive protestari laboratori, sive conductori, quod amplius non intendit, et non uult sibi concedere d.m Laborerium, quod si non fecerit in dictum tempus, intelligatur illud reconduxisse secundę formas anni precedentis, et ità respondere de fructibus, ut prius tenebatę; quę notificatio, sive denegatio, sive renunciatio laborerij predicti fieri possit in presentia unius testis, et sufficit talis probationis testis cum iuramento notificantis, denegantis, sive protestantis, et si aliquis ~~[illegible]~~ laboraret terras, sive vineas pertinentes ad aliam personam ipsa inrequisita, fossata facere debeat illa fossata, usque, et per totum mensem Octobris, et quando terrę fuerint magiaticatę, sub pena refactionis damnorum, et expensarum et interesse Dno, seu Locatori, et nichil hominus dicta fossata facere teneantur, et si aliquis Laborator, sive Affictuarius, finito tempore laborerij, sive Affictus, postquam sibi denegatę fuerit à Dno notificanti, sivè Patrono quarumcumque terrarum, vinearum possessionum, sive poderis, vel Oliveti, et simul, ut prefertę, quod ultra non habeat illud, et illas laborare, et se intromittere, causas ipsas laborandi, et ipsas, vel ipsum retinere, vel laborare voluerit, vel laborabit contra voluntatem Dni, vel Patroni ipsarum rerum

cadat.

cadat in penam de facto librarum quinquaginta comuni dictæ terræ Citernæ applicandarum, et Dnus Vicarius teneatur de predictis inquirere, et repertos culpabiles punire sub pena librarum XXV. de facto auferendarum Dno. Vicario de suo salario retinendarum pro comuni.

De fossatib. comunib. fiendis Cap. 144.

Statuimus, et ordinamus, quod in futurum omnes qui haberent fossata comunia inter uineas, terras, et possessiones in comitatu Citernæ, quod Dnus, siue laborator, uel Affictuarius possit, et ei liceat requirere uicinum ad faciend. dicta fossata, quod in octo dies proximos admissus ueniat seu mittat ad faciend. dicta fossata comunia, et si dictus requisitus non uenerit, et mandauerit ad faciendum dicta fossata, quod tunc eo casu liceat tali uolenti facere fossatum, dicta fossata facere impune tota, et integra, et proicere totam terram extrahentem de dictis fossatis super eius possessionem, uel conductam, et liceat dicto facienti fossatum, incidere spinos, rogos, et herbas, et pulire greppum sui uicini non tm. faciendo damnum. dicto eius Uicino, et honeste semper intelligendo, et quando quis uoluerit suum uicinum requirere ad predicta teneatur requirere, seu requirere facere per Baiulum Comunis uel per se ipsum in presentia unius testis addito iuramento dicti requirentis, et si requisitio aliter facta fuerit non ualeat, nec teneat ipso iure.

Circa Capitulum premissum approbantes. Addiderunt nemini habenti fundum inferiorem licitum esse fossatum facere tantum prope grippum fundi superioris, et tam profundum. Adeo quod grippus fundi superioris eminens diruatur, et in fossatum labatur sub pena librarum X. communi applicand. et refectione grippi, et resarcitione damni illati damni-

fi=

68v

ficato, non obstante quod faciens fossatum suos termi-
nos non excesserit, et predicta multo magis procedant in
fossatis, que fierint secus uias publicas, et priuatas, uel uici-
nales, statientes stari debere iudicio diffinitorum Comunis, qui
habeant diffinire, si grippus superius lapsus sit culpa fossati
nimis prope facti, uel nimis profundi à quorum iudicio non
liceat appellare

De debitoribus non capiendis in Domo alterius. uel conducta. Cap. 144.

Ordinamus etiam, quod nullus de dicta Terra, et eius districtus ca-
stri possint in eius Domo propria, uel conducta pro aliquo debi-
to ciuili, et si in dicta Terra fierent Custodie, et fuerit alibe-
ratus, aut quoquomodo priuilegiatus, et Cisternensis, et Vicari-
us, siue Officialis contrafaciens teneatur ad penam librarum decem
pro Comuni de suo salario retinendarum.

De muro comuni reficiendo Cap. 145.

Item statuimus, et ordinamus, quod si quis murum, siue Pa-
rietem Comunem habuerit non sufficientem ad edificium sub-
stinendum, uel substituendum et edificandum in eo ruinam minantem,
et alter ex eis uoluerit talem murum reficere, possit ipsum mu-
rum reficere, in consueta lenitudine et altitudine non obstan-
te quod alter prohibeat, refectis expensis, et refectiones prohi-
benti, uel uolenti reficere si ipse sufficiens fuerit nollens re-
ficere, cogatur ad refaciendum pro sua rata qui si insufficiens fue-
rit approbetur per dnos Priores et Vicarium, et tunc costito de
sua insufficientia habeat terminum unius anni, et talis approba-
tio fiat ad instantiam illius qui se dixerit insufficientem, + uel suf-
ficientia muri, tunc Vicarius ad hoc inquirat, et reperta ueri-
tate, procedat ut supra dictum est, et hec intelligatur in ha-
bentem murum rouinosum etiam proprium, et quo murum uicini

+ et in termino duorum dierum, et si contentio de insufficientia

damnum

damnū teneret, et eius domib. posset preiudicium generare, et alijs uicinis petentibus citato et monito per uicinos, nolente reficere, tunc teneant. dicti Vicini eligere duos magistros lapidum qui uideant de preiudicio, et si dixerint quod sit etiā tam habens murū ruinōsū, teneat. destruere, siue reficere dictū murum ad Calcē, et hoc intelligat. de quolibet edificio. It. si quis habuerit murū ruinosum ante, aut iuxta uias publicas quod Dnus. Vicarius cogat ad reficiendū ad Calkem sufficientē.

Quod detur uia non habentibus. Capº. 146.

Statuimus etiā, et ordinamus, quod propinquiores uiam dissignatam ad possessionē alicuius, qui ad dictā uiā eundi nō habuerit sibi dare teneat. et debeat concedere per suā terrā, et locū magis convenientē, et minus damnosū in amplitudine duorū pedum ad pedes tabularū pro precio conuenienti ad dictā extimactionē duorū bonorū conuicinorū, et secund. quod dictū fuerit per duos ex eis, ita fiat, et soluat. et predicta fiant infra mensem, petente illo, qui uiā nō habet, et si ille à quo petita fuerit uia, non servaret que dicta sunt, tunc alter uiā nō habens, posset impune ire, et redire ad suā possessionē cū se, et suā familiā, et suos laboratores cum Bestijs illius uicini resistentis, contradictione non obstante.

Dè tutorib. dandis Cap. 147.

Ordinamus etiā quia per diuinā scripturā tenent. rectores seculi pupillis Viduis pro posse facere, quoniā facta multotiens non obstante llz. prouisione multipliciter maletractant. idcirco eorū comodis prouidere quantū nobis est possibile, uolentes ordina-

ra

63v

re quod si ex aliquo defuncto aliquis remaneret pupillus unus vel plures fratres carnales non habentes fratres maiores annis XXV. utrique coniunctos, vel ex latere paterno tantum, teneatur mater, et coniuncti pupilli vel adulti usque in tertium gradum inclusive comparere coram Dno Vicario infra decem dies à die mortis patris illius pupilli, et petere tutores quousque tutor, vel tutores dati fuerint per ipsum Vicarium, et teneatur Vicarius adimplere, et executioni mittere infra dictos decem dies postquam eidem petitum fuerit per sagramentum ad penam XXV. librarum de suo salario retinendarum pro comuni, et nichilominus teneatur mater, et alij coniuncti superius nominati prosequi dictam petitionem quocumque dicti tutores dati fuerint salvo semper, quod quilibet creditor possit petere quod tutores dentur predictis, et in petitione preservare, et nichilominus mater, et Coniuncti prodicti, et eorum quilibet teneantur predicta facere, et in eis preservare cum effectu infra dictum tempus, et ad penam XXV. librarum auferendarum per Vicarium, et priventur, et privati esse intelligantur ab hereditate illius pupilli, vel adulti unius, vel plurium itaque in perpetuum ipsi, vel eorum descendentes, et si succedere debeant ab intestato non possint ad successionem pervenire illorum pupillorum, vel adultorum, et predicta non vendicent sibi locum in matre vel alijs coniunctis supradictis absentibus ab dicta terra, et districtu, et predicta fiant de tempore etiam solemni, et in nomine dei introducto, et feriato, et contra aliquem tutorem, etiam hereditati iacenti datam non possit aliquid opponi de insolennitate dationis, vel creationis, aut de incopetentia Iudicis dantis, et Vicarius plenum arbitrium habeat tutores creare non obstante aliqua Lege, vel statuto contrario, et si dictis pupillis staret frater maior XXV. annis, saltem ex latere patris, tunc mater, et predicti

Tsufficientes Tutores illi pupillo et in ea petitione persistere.

con=

coniuncti teneantur nullo modo predicta servare, et si Mater vellet esse tutrix, fratres ad predicta non teneantur. Si verò pater in sua ultima voluntate et minoribus XXV annis, concessit administrationem bonorum suorum, tunc predicta non vendicent sibi locum, quia possit agere, et defendere, ac ministrare in iudicio et extra tamquam legitimus tutor, et ipso casu per ipsos minores non petatur restitutio, et si Dominus Vicarius cogeret aliquem ad suscipiendum tutelam, et ad administrandum, possit dictus casus legitimam, et iuridicam excusationem adducere, et admittere, quod in ipsis propositis excusationibus, et casu quo dictus casus talem suscipere ius aliquod haberet ante acceptationem, vel conditionem sit ei dictum, vel reservatum, aut tempore acceptationis Vicarius pronunciet super iuribus illius tutoris in presentia duorum consanguineorum ipsius minoris bone conditionis, et fame, de qua presentia fiat publica scriptura, et si casus veneriet quod si aliquis in tutorem daretur qui esset pupilli debitor ipso iure in presentia Domini Vicarij, et duorum proximiorum consanguineorum bone conditionis et fame ipsius pupilli debitum illud solvatur, et convertatur in utilitatem pupilli, et celebretur publicum instrumentum de predictis. Et Vicarius cogat cum effectu matrem pupilli, et coniunctos superius nominatos ad faciendum sibi exiberi quatuor vel sex ex proximioribus consanguineis pupilli inter quos se ipsos scribant, et inscriptis Vicario assignet qui Vicarius faciat coram se comparere, et constringat unum, seu plures ex dicis ad dictam tutelam recipiendum facta prius diligenti inquisitione de idonea etate, et qui esset ex eis cogendus, et approbandus tutor per Vicarium approbetur, ut sibi videbitur convenire, qui si in veritate fideiussorem habere non posset, sit prudens Dominus Vicarius ad dandum dicto pupillo plures tutores, sive fideiussores, qui fideiussor aliquis presteretur et de ipsius idonitate, et sufficientia inquiratur, et sufficiens fideiussor recipiatur. Si verò nullus coniunctus pupilli reperiretur, tunce ex officio suo Dominus Vicarius teneatur, et debeat

sub

70v

sub pena librarum XXV. infra terminum uiginti dierum dare, creare, et costituire tutores proximiores consanguineorum pupilli unum, seu plures, uel etiam non coniunctos si coniunctos habere non poterit, aut non essent, dummodo dicti coniuncti tutores dati sint bone condictionis, et fame itaque in termino XX. dierum constituti sint. Addentes quod in quolibet contractu obligatorio, seu distractu, et solutione cuiuscumque debiti à decem libris supra per dictos tutores quorcumque fienda, et celebranda adesse debeant duo ex Prioribus Fraternitatis Sancte Marie, et ipsorum uoluntas presentia, et consensu, cognito tamen per dictos Priores, an fraus, uel dolus, et damnum insurrere posset contra ipsos minores, quo casu si ipsi ~~ipsi~~ Priores, et eorum uoluntas, et consensus non esset, et exigerent, quod quid facto fuerit contractus distractus laudum, non ualeat ipso iure et eadem forma seruetur quo ad concionem, seu requisitionem in persona tutoris ad suscipiendum seruetur in tutoribus testamentarijs, et quando plures essent dati Tutores unus, siue alter administrare non possit. si uerò contigerit tutores ipsos, uel aliquem ipsorum absentare à Terra Ciberne possint ipsi absentantes, uel absentans facere, uel ordinare unum, uel plures actores in forma de iure ualida risico eorum periculo, et fortuna et loco eorum dimittere itaque unus ex dictis actoribus, unus sine altero cogere non possit, nisi mater tutrix esset, que sola possit tutelam administrare, quam tutelam aceptauerit, nisi aliqua iuxtam, et uerisimilis suspitio allegaretur de matre ex aliquo ex Consanguineis dicti pupilli usque ad tertium gradum inclusiuè, qua suspitione probata, et de ea fide facta adiungetur sibi cum tutorem semper Auia preferatur, non possit tamen mutari tutor testamentarius, uel aliquis sibi ad regimen, et gubernationem pupilli, et bonorum adiungi, si uerò mulier relicta tutrix, seu administratrix alicui pupillo post mortem testatoris, uirum assumpserit deinceps.

di=

dictam tutelam gerere, et administrare non posset, et ideo ueniendum est ad dationem alterius tutoris modo supradicto, et tutores electi, et dati per dominum Vicarium compellantur prestare sagramentum, quod astringantur ~~ad sobuendum, imo~~ ad subeundum in presentia duorum testium, et infra x. dies postquam constituti fuerint declarantes insuper quod nullus tutor, uel Curator finita tutela, uel cura possit uexari, aut compelli super ractione reddenda ultra decem annos elapsos, à die quo pupillus fuerit etatis legittime, et à die quo adultus exiuerit suam adolesentiam numerandos et ideo infra dictum tempus bene possit ad libitum pupilli, et adulti, conueniri, compelli, ut supra, et ad fideiussores dandos, quos dari potuerit de bene legaliter, et sollicite administrare, et manutenere facta, et res, et bona pupillorum utilia faciendo, et inutilia pretermittendo, et finita tutela reliqua integraliter restituendo sine lite, controuersia aliqua, et predicta permittere sub obligatione bonorum suorum, et sub penis legalibus, et eodem forma, et modo seruetur, et fiat in curatore generale dando, et tutrix, uel tutor aliquis non audeat extrahere, uel extrahi facere aliquem pupillum de ea Terra Citerne, et qui contrafecerit soluat bannum lib. XXV. comuni, et plus ad arbitrium Domini Vicarij considerata qualitate personarum.

Quantum ad contenta in supradicto proximo precedenti Capitolo decreuerunt matrem, uel Auiam si petierit prouideri de tutoribus, et Curatoribus filijs, uel nepotibus infra decem dies à die mortis Patris dictorum impuberum incurrere penam librarum XXV. denariorum priuationem uero hereditatis incurrere noluerunt, nisi neglexerint per annum petere prouideri de tutore, et curatore, ut de iure comuni est, et predicta procedant nisi habeant, uel habuerint iuxtas causas suprastandi, uel nisi per dictas mulieres non stetisset.

Item declarauerunt quod quatenus disponitur in dicto Capitulo contra gesta per tutorem testamentarium minori non esse dandam restitutionem in integrum istud intelligi casu quo tutor testamentarius

qui

qui geſsit negocia ſit ſoluendo, adeoque ſit conſultum minori leſo ob male geſta per talem tutorem, agendo contra dictum tutorem, uel ſuos heredes ats. uoluerunt minori leſo restitutionem in integrum concedi etiã in male geſtis à tutore testamentario iuxta has legittimas sanctiones ita conſulentes minoribz. in damnis euitandis, ne tristem exitum ſentiant uerum suarum.

De alimentis Pupillorum Cap.o 148.

Item statuimus, et ordinamus, quod Tutores, et Curatores generales teneantz. et debeant infra nouem menses post eorum electionem petere corã Dño. Vicario decerni, et delarari alimenta ipso pupillo, uel adulto, et Vicarius corã quo petitũ fuerit preda. teneatz. ipsa alimenta decernere, et declarare cum conſilio duorum conſanguineorum, uel affinium ipsorum pupillorum, uel adultorum summarie ſine strepitu, et figura iudicij omni iuris ſolemnitate obmiſsa infra quindecim dies pena tutoribus, et Curatoribz. Librarum XXV. denariorum comuni, ſi fuerint negligentes in predictz. et etiã teneantz. et debeant omnes causas alimentorum, que penderetz. corã eo cognoscere, et difinire ſine strepitu, et figura Iudicij infra dies XXV. continuos à die petitionis factz. et nulli Liceat in aliquo dictorum casum de nullitate opporre, uel aliquid dicere in contrarium, et ſi opposuerint in contrarium n̄ ualeat ipso iure, et nullatenus audiatur, et in caſibus alimentorum non soluantur capita ſolidorum.

De iuramento ferendo Hebreis Cap.o 149.

Statuimus, etiã quod Dnus Vicarius terre Cherne pro tempore exiſtenz, et quem aliquo tempore expedierit ex ſuo offizio ad petitione

nem alicuius specialis persone deferre sacramentum Christis, deferre debeat ipsius Hebrei, seu quicumque ipsorum tactis Scripturis hebraicis hoc modo Vid.t

Io Officiale del Comune di Civerna sive Vicario ti scongiuro per il nome di Dio del Cielo, e della terra, Dio d'Isdrael, e ti quel Dio, che comandò al popolo suo d'Isdrael, io sono il Dio tuo, che te trassi da terra d'Egitto di casa di servitudine, ò ti quel Dio, che ti comandò non giurare il nome di Dio tuo à falsità, e se confesserai la verità alle parole che io t'hò detto, ò à quelle che io ti dirò sopra le quali debbi rispondere la verità, gionga sopra di te, e de tuoi Eredi, e sopra delli Eredi degli Eredi tuoi et tutte le benedizioni, che sono scritte nelli Cinque Libri della Legge, che dette Dio à Mosè nel monte Sinai, e se non risponderai, e dirmi la verità, e prevaricando il d.o sagramento toccando le Scritture nostre corporalm.te possa s.r di te e li tuoi Eredi, et l'Eredi de tuoi Eredi tutte le bastemie, che si contengono nel Libro di Moises, e non si cessi da te cotta, ne lebra, ne palo in mano, e non ti perdoni Dio se prevaricherai il detto sacramento, e che ti metta di tanto male de tutti gli altri Ebrei d'Israel con tutte le bestemie del parto, che sono scritte nelli libri dell'Ebrei detta la legge di Moises, e questo sagramento debbi fare senza inganno, e che tu non possi in questo sagramento commettere nessuna magagna, se non come Dio ne comisse.

Quod Iudei portent O. giallum Cap.o 150.

Ordinamus, et statuimus, ut distinctio inter iudeos, et Christianos patefaciat, hac presenti lege ordinamus quod quilibet Iudeus teneatur, et debeat, per dicta terra Civerne cuiuscumque sit etatis, seu gradus, ferre, et portare signum O. pannum coloris giallii in pectore, sive in alio loco evidenti, seu manifesto pena librarum decem de facto qualibet vice qua contrafecerit exigendarum, et comuni applicandarum, et quilibet possit denunciare hebre

72v

um non portantes, sive diferentem dictum signum, d.no Vicario,
et eius nomen teneri secretum, et similiter qualibet hebrea, sive Ju-
dea etatis annorum duodicim et ultra teneatur portare, et deferre
in auribus suis anulos itaque per omnes videri possint di-
cti anuli ab auribus manifeste, sub pena predicta auferenda
à d.a Ebrea, sive ab alijs ex consanguineis, casu quò ipsa solvere
non potuerit, et presens statutum servetur omni modo, et sine mo-
ra d.no Vicario non observanti dictum statutum condemnatur
in lib. decem denar. auferend. de suo salario qualibet vice.

Qualiter Iudeus puniatur negans Cristiano rem aliquam penes se habentem. Cap.o 151

Item statuimus, et ordinamus quia malitijs, et versutijs ho-
minum obviandi cuilibet legis ministro decet, et officium est, et mul-
to magis iudeorum pravitatibus. Idcirco presenti lege salubrius or-
dinamus quod nullus Iudeus qui fuerit interpellatus ab aliquo
Christiano an penes eund. Iudeum sit res aliqua spectans ad
dictum Christianum, et ipse Iudeus negaverit habere rem illam
et penes eum esse quod dicto Ebreo ad istantiam petentis per do-
minum Vicarium deferatur iuramento de quo proximo pre-
cedenti capitolo continetur. quò casu si Christianus offerens se
probare contrarium fuerit probatum per eum puniatur dictus
Ebreus, et solvat comuni libras quinquaginta, pro dicta ne-
gatione, et solvat duplum valoris rei petite, et sic negante do-
mino, seu patrono rei, que extimatio seu valor liquidabitur
et liquidare possit per duos viros bone conditionis, et fame
deponentes se habuisse, et habere notitiam qualitatis illius rei.

Dè Emancipationibus. Cap.o 152

Statuimus, et ordinamus, quod si aliqua persona voluerit man-
cipari à Patre suo, vel Avo paterno teneatur facere provocare
re

re eum in cuius potestate coram Vicario terræ Citernæ, et dare petita in scriptis in quà petatur se emancipari à paterna alia potestate, quod Dnus. Vicarius teneatur summarie, e de plano investigare uoluntates utriusque partis si conuenerunt ad d.am emancipationem predictam fieri debere si concordes fuerint, et predicta pronunciatio ualeat, habeat plenam roboris firmitatem partibus consentienbus, et petentibus tantum, quà pronunciatione facta, et mancipatio fieri debeat coram Dnō Vicario, et in presentia testium, et de quà esse debeat rogatus unus Notarius qui Notarius teneatur dictam emancipationem de quà rogatus erit legere in Consilio Comunis Citernæ, ad hoc, ut dicta emancipatio sciatur, et notificetur omnibus uolentibus eam scire eius emancipationis, copia detur, et assignetur Cancellario omnibus uidentibus, et in ipsa Cancelleria Comunis debeat registrari, et aliter facta non ualeat, nec teneat ipso iure.

De noui operis nunptiatione. Cap.o 153.

Ordinamus etiam quod si alicui edificanti nouum opus, etiam facienti fuerit interdictum, et noui operis nitratio facta per lectum lapilli, uel alio modo debeat dictum opus relaxari, et infra duos dies à die factæ nunptiationis predictæ ambe dictæ partes teneantur et debeant cum eorum iuribus comparere coram Vicario dictæ terræ, et eius curia, qui Vic.s habere debeat statim unum hominem prò parte, et unum alium prò tertio Vid.t tres numero actos, et idoneos ad cognoscendum tale opus, talem diferentiam terminandum una cum dicto Vicario, qui teneatur ire ad locum dicti noui operis, et infra octo dies terminare d.tam litem de iure, et de facto prout eis uidebitur sub pena librarum XXV. denariorum à quolibet exigenda, et comuni applicanda, cui terminationi sententiæ, et prorumptiationi, et declarationi dictæ partes obedire teneantur; nec appellari posint, et si qui ipsa=

173v

. ipsarum contrauenerit soluat de facto d.° Comuni quinquaginta libras den. sine aliqua diminutione.

De his qui possiderint aliquam rem mobilem uel immobilem uel se mouentem. Cap.° 154.

Etiam statuimus, et ordinamus quod quicumque de dicta Terra Citernę, et eius districtu possideret aliquam rem mobilem, seu aliqua bona immobilia in terra Civernę uel eius districtu à X. annis citra causa iusta titulo, et per ipsum spatium temporis pacificè, et quietè sine contradictione, uel molestia alicuius personę quod ex nunc rigore pntis statuti talis possidens sit uerus dnus, et possessor d.æ rei siue dictorum bonorum, et pro uero dno, uel possessore habeatur. et si possiderit rem stabilem sine titulo, et bona fide ꝑ tempus spatium XXV. annorum pacificè, et quietè sinè aliqua contraditione, tunc sit dnus. et possessor talis rei, et qui possideret aliquam rem mobilem, seu se mouentem per duos annos cum titulo, et bona fide, uel si possiderit sine titulo per quinque annos sit et esse intelligatur uerus dominus, et possessor dictę rei, nisi esset furto subtracta, tunc rei male fidei possessor sit.

De male tractantib. uxorem, nurum uel socram. Cap.° 155.

Item statuimus si quis male tractauerit Uxorem suam, uel socrus nurum expellendo eam de domo, uel aliter male tractando sine iusta, et manifesta occasione, et eam non retineret, et receptaret prout tenetur, et debet ipse Vir, uel socrus, si requisitus fuerit ab ipsa dna, uel proximioribus consanguineis dictę dnę, teneatur fideiussorem dare ad arbitrium Dni. Vicarij de bene tractando d.am dnam in re, et in persona ad illam penam quę uidebitur d. Vicario, alias teneatur ad restitutionem suę dotis Uxoris, siue nuri; sit tamen in arbitrio Dni. Vicarij, aut fideiussorem prestare facere

aut

aut dotem restituere. Itẽ volumus quod si aliqua mulier incul-
paretur, vel infamaretur à Viro suo de aliquo adulterio quę infamia
probetur per decem testes bonę famę non teneatur alimenta prestare
nõ propterea ipsa dictas infamias dotem suam amittat tamen
q.d. dotes ipsas petere non possit durante matrimonio, et adulterio
probato, dotes, alimenta, et donactiones quascumque amittat.

Dè Muliere nupta forensi. Cap.o 156.

Statuimus etiã, quod mulier Citernensis nupta fuerit alicui forensi
et ille Vir se absentauerit ad partes longinquas, et steterit tribus an-
nis quibus non rediret ad terrã Citernę, vel eius districtu ad ipsam
eius uxorẽ, et familiã, ipso casu suas dotes, et donationes prout in
instrumento dotali continetur repetere possit, et intrare in tenutã
de bonis Viri tamquã si eã extant restituendę dotis non obstante sta-
tuto aliquo in contrariũ, et si aliquis recepit dotẽ ab eius uxo-
re Citernense, vel alio p̃dicta, et teneretur quod dicta dos restitui
non possit teneatur Vicarius ad petitionẽ mulieris, Patris, fratris vel
patruũ, sive auunculi summariè, et de plano cogere prędictum Virũ
vel aliũ obligatũ ad restitutionẽ dotis ad reassignandũ, et resti-
tuendũ dictas dotes, et donactionẽ causa matrimonij factã prout
lucrari deberet per pactũ vel statutũ in bonis mobilibus existen-
tibus in Terra Citernę vel eius districtu, et si bona mobilia non
haberet, fiat restitutio in pecunijs, et quando restitutio pred.a
de bonis immobilibus debeat fieri, debeant ipsa bona extima=
ri per extimatores dotiũ si partes non essent de ipsa exti=
matione concordes, et predicta locũ habeant in casibus presen-
tibus, pręteritis, et futuris ex forma statuti restitutio dotis fienda
est, et fiat d.a extimatio concurrentibus creditoribus, vel non et
muliere existente in possessione, vel non, et si ipsa mulier es-
set in possessione bonorũ Viri, vel alterius personę obligate ad res
titutionẽ dotis possit super dictis bonis protestari, debeatque

174v

expecificare causa, quę possidet V. dotis uel donationis, et debeat publicare facere bannire in Palatio Comis, ubi ius reditur et platea comunis, quod si aliqua persona ius haberet in dictis bonis, uel rebus infra terminum quatuor dierum possit, et debeat comparere ad uidendum productionem dictę dotis, et protestationis quam d.as mulier facere intendit, et ad contradicendum dictę protestationi, et docendum de iure suo in dictis bonis, et rebus, et protestatio dictę mulieris non ualeat obmissa dicta forma, quà forma facta mulier ipsa secundum formam dictę extimationis recipere debeat res extimatas nulla exceptione opposita dictę extimationi, et rebus ipsius extimationis dandis in solutum, et sacramentum dictę mulieri per dnum Vicarium sine aliquo processu, siue alteri personę pro ipsa muliere interueniente, nec creditores allegare de iuxta extimactione facta ponit, si bannimentum factum fuerit modo predicto, et si aliquis creditor comparuerit infra dictos quatuor dies ad contradicendum, et docendum de iure suo procedatur iuridice in ipsa causa secundum formam statuti antequam fieret extimatio de bonis predictis.

Item fiat extimatio ad petitionem cuiuscumque creditoris Viri seu obligati ad restitutionem dotis, etiam si dicta restitutio dotis et donationis facta fuerit non obstante quod si ipsa restitutione Vicarij autoritas interuenerit, et locum habeat in qualibet dote in retro constituta, seu in presenti, siue in futurum fienda de quà restitutio peteretur, et ipsa mulier seu quelibet quę in dotem dederit terram, uel aliquid stabile pro extimactione aliqua teneatur eam durante dotis restituendę dictam dotem terram uel aliquid stabile datum percipere secundum extimationem dictorum extimatorum dummodo res predictę non deteriorentur quò ad quantitatem dotis restitu-

tu-

tuendæ, sed eo casu pro residuo Ius saluu. eiusdem dominæ fiat, et maneat atque hæredibus suis contra quoscumque obligatos ad restitutionem residui dotis predictæ integraliter, et non possit presens capitulum, nec aliquid in eo existen. preiudicare, uel derogare in aliquo capit.o infra posito in presenti Libro de dotis, et donationis restitutione, quod capitulu sit firmum.

Item quod nulla Mulier admittatur ad defensionem bonorum mariti nisi ad equiualentiam Iuris dotis, seu augumenti dotis, et donationis propter nuptias quam Lucrari debeat per pactum, seu statutum, et extimatio dictorum bonorum fieri debeat per extimatores dotium mulierum, et debeat dicta mulier infra duos menses à die citationis factæ per creditores uiri sibi dari facere in pagamentum, et in solutum illa bona secundum extimationem factam per dictos extimatores, et si facta non esset in d.o termino protestatio mulieris pro nulla habeatur, Liceat tamen ipsi mulieri iterum protestari, et protestatione prosequi teneatur in dicto termino, et secundum formam supradictam, et possint dicti Creditores, nisi facta dicta adiudicatione, et pagamento infra unum mensem offerre dare, et soluere cum effectu in pecunia numerata Illi mulieri dotem, et donationem suam, et tunc ipsi creditores possint habere, et tenere illa bona data, et concessa in solutum pagamentum ipsi mulieri, et intelligatur de creditoribus qui habent ius contrarium, uel obligationem factam post Instrumentum dotis, et donactionis uxoris, et predicta intelligantur in presentibus casibus preteritis, et futuris, et mortuo uiro possit Uxor pro dote sua, et donactione propter nuptias, quam Lucrari deberet per actum, uel statuto, et pro melioram.to monete recipere de bonis Viri mobilibus, et immobilibus, et qui haberet ius ab eo usque in quantitatem concurrante d.e dotis, et donationis, et melioramenti monetæ secundum extimationem factam

per

75v

per dictos extimatores, quam extimationem dicta mulier fie=ri faciat infra dictum terminum ad petitionem creditoris viri, vel aliorum qui haberent ius ab eis, et etiam liceat creditoribus dare et offerre cum effectu dictae mulieri infra d. tempus dictam eius dotem, donationem, et melioramentum monetae, et possint dicti creditores similiter proferre, et solvere mulieri, cui esset facta aliqua adiudicatio, vel datio in solutum, et pagamentum à X. annis citra mortuum virum, vel non, aut urgente viro vel non ad inopiam, vel non, et quolibet predictorum casuum quo proferentur, et solverentur. Creditores modo predicto teneatur illa mulier, cui fieret solutio, cedere, et dare ius suum creditoribus sic proferentibus solventibus, et etiam dare idoneam fideiussionem quod non dederit ius suum alicui, nec in aliquo contrafecerit, et predicta vendicent sibi locum in casibus presentibus, preteritis, et futuris, salvo tamen, quod dicta locum non habeant in casibus, in quibus per aliquid statutum scriptorum in presenti volumine statutorum uxoribus defensio earum dotium foret prohibita.

De istrumentis fictitijs. Capº 157.

Ordinamus et statuimus, quod Dnus Vicarius cognoscere teneatur, et debeat summarie simpliciter, et de plano omni tempore de istrumentis de obligationibus, promissionibus, et alijs contractibus fictitijs, et simulatis, seu per fraudem, et violentiam factis, seu celebratis, vel per vim, seu causa defensionis, et si de eis appareret istrumentum guarantigiae, vel aliud istrumentum, sive non, et in predictis habeat liberum arbitrium veritatem rinvenendi, et iam si ipsi videbitur per torturam cognoscere, ac cognoscendi, ac terminandi non obstante lege aliqua in contrarium loquente, et sua cognitio duret per

unum

unum mensem à die motæ litis, et eadem formam servetur de istrumentis, et quolibet contractu factis causa ludi, et de rebus pignoratis, sive datis causa ludi, et quidquid fieret contra presens Capitulum non teneat ipso iure, et Dnus Vicarius teneatur facere cassari illas obligationes, et contractus supradictos etiam si iuramentum esset super ipsis, vel aliquo ipsorum, et predicta intelligantur in preteritis, presentibus et futuris casibus, et istud presens capitulum quidquid in eo continetur intelligatur prout litera sonat, nec possit aliter interpetrari penitus, et aliquo modo, salvo, et reservato quod intelligantur predicta antequam petatur executio dicti istrumenti, vel contracti, et postquam fuerit alicuius dictorum contractuum executio postulata solummodò locum habeat exceptiones competentes secundum formam statutorum de guarantigia, e non aliter, reservato tamen parti convente post factam solutionem iur. repetendi restitutionem dictæ solutionis infrà decem dies à die sententiæ latæ cont. partem conventam non obstante ipsa sententia, sive precepto facto contrà ipsam partem conventam, et si pars conventa infra dictos decem dies non repeteret nullatenus postea audiatur post dictum tempus, et si dicta pars conventa infra dictum terminum repetierit curia predicta, Vicarius coram quo petetur inquirat suo arbitrio, ne prò malitia operetur dummodo contenta in hoc presenti Capitulo nullo modo vendicent sibi locum, nec ullo modo preiudicent Capo posito sub rubrica de prescriptione quindecim annorum, vel alicui parti, nec instrumentis, et contractibus, et rebus prescriptis secundum formam dicti Capituli.

Qualiter heredes defuncti teneantur satisfacere legata. Capo. 158.

Item statuimus, quod quicumque de terra Liverne in suo ultimo testamento, vel codicillo fecerit, vel reliquerit suos fidei comis

va=

176v

sarios, seu executores aliquem Presbiterum, Clericum, uel Secularem unum, uel plus, et dicti fideicomissarij uellent uoluntatem testatoris effectualiter adimplere, et executioni mandare; Vicarius dicte Terre qui supra hoc fuerit requisitus summarie, et de plano omni iuris solemnitate omissa heredem, uel heredes descriptos in testamento predicto, uel codicillo, uel qui hereditatem ex eo acceptauerit, uel alius qui hereditatem, et bona hereditaria possideret cogere ad dandum soluendum, et assignandum dictis fideicomissarijs omnia, et id totum, quod per dictum testatorem fuerit relictum ad distribuendum per dictos fidei comissarios, uel tot de bonis dicte hereditatis, que sufficiant ad predictorum dictorum relictorum satisfactionem, et pro obseruactione predictorum possint, et debeant per officiales predictum dicti heredes, uel possessores capi de facto, et personaliter detineri ad petitionem et uoluntatem fideicomissariorum predictorum, non tamen predicta in aliquo derogando arbitrium, licentiam, et potestatem eisdem fideicommissarijs per testatorem in testamento concessa, et si dicti heredes, uel possessores predicta facere recusauerint et uellent super hoc causari, cadant ad omnia eorum iura, statuentes quod contra testamenta, quo ad relicta ad pias causas nulla possit, uel admitti exceptio et derogando per hoc statutum statuto de Instrumentis guarantigiatis, in quibus permittitur opponi aliquas exceptiones contra testamenta, sed simpliciter prout iacet dictum testamentum, quo ad relicta ad pias causas executioni mandetur, et fideicommissarij possint quo ad predicta procuratorem unum, uel plures instituere et substituere cuiuscumque ordinis, et condictionis existant.

Et hoc dicimus generaliter obseruandum in tutoribus, et curatoribus quibus liceat procuratores costituere ante litis contestationem et post, et hoc locum habeat in presentibus, et futuris, et si Vicarius, et eius Officialis in predictis requisitus fuerit negligens perdat de suo salario qualibet uice XXV. denariorum. Aducentes predictis quod si in aliquo testamento, uel Codicillo plures

fue-

fuerint per testatores fideicommissarij deputati, et non fuerit.
cuilibet eorum potestas exequendi in solidum attributa, quod pos-
sit, ualeat unus ex eis alio, seu alijs legitime requisitis integer,
et in solidum facere executionem dicti testamenti, seu codicilli
ad eius istantiam, et requisitionem exequi debeant omnia supradicto
modo, et forma superius annotata, ita tamen, quod si supradicti,
uel alij, uel alijs fideicomissarijs, ut premittitur requisitus di-
xerit se executionem uelle facere predictorum, et uoluntatem de-
functi, eisdem XX. dierum terminus assignetur per dictum Officia-
lem, qui super hoc fuerit requisitus, in quem possint, ed debeant
axecutionem predictam effectui mandare, et si in dictum terminum
negligens steterit, possit unus ex eis sine alio, uel alijs uolunta-
tem defuncti effectualiter adimplere, prout superius est prouisum,
adducentes, et ultimo, quod fideicommissarij predicti reperientur non
distribuisse et consignasse in totum, et iuxta uoluntatem defuncti
quidquid per defunctum fuerit comissum, et impositum quod
tunc, et eo casu priores Sanctæ Mariæ habeant, uel debeant
uidere, et cognoscere in prędictis, et illud, quod restat ad
destribuendum ipsum destribuant, et quod distributum est preter,
et contra uoluntatem testatoris expressam uel conjecturatam
illud reuocare, atque reduci ad debitam uiam, et contra uo-
luntati defuncti, et nichilominus fideicomissarius prestavi-
cans, et destribuens ut dictum est indebito modo ad istantiam, et peti-
tionem priorum fraternitatis Sanctę Marię puniatur in decem Libris
applicandis comuni, quam penam exigat de facto dominus Vicarius
sub pena Librarum XXV. de suo salario retinendarum tempore sui
Vicariatus.

Quantum ad contenta in precedenti Capitulo Domini Reformatores con-
siderantes qualiter in uersiculo statuentes etc. dispositum apparet
quod contra testamenta ad pias causas non possint opponi ex
ceptiones illę quę possunt opponi contra istrumenta guarenti
giata, quę sunt pactes risolutionis, uel satisfactionis nullita-
tis

-tis, et falsitatis, quas non posse opponi contra testamentum, etiam ad pias causas, nimis iniquum, et detestabile foret. Propterea decreverunt, quod contra testamenta etiam ad pias causas opponi possint dictæ exceptiones, quæ possunt opponi contra istantiæ guarantigiatæ dummodo probent, prout, et sicuti probari debent in istrumentis guarantigiatis, et quid. æquè, et iuxtè, cum etiam ecclesia Locupletari non debeat male aquirendo.

Quod Heredes non excludi possint ab habitat.e Domus relictę Mulieri in testamento. Cap. 159.

Statuimus ad removendum dubia quæcumque, quæ in Testamentis, et ultimis voluntatibus occurrunt, quod si reperiretur alicui mulieri fore relicta, vel relinqui in posterum per aliquem habitationem alicuius domus in testamento, codicillo, vel donatione causa mortis, vel aliqua ultima voluntate alicuius, verbo vel in scriptis factis, quod propter hoc talis mulier non excludat, nec excludere possit heredes talis facientis Relictum habitationis, sed heredes ipsi possint, si voluerunt in dicta domo una cum dicta muliere legataria habitare, nisi forte talis dicta hereditate relinquens in sua ultima voluntate expresserit, quod talis mulier dictam habitationem habeat totam sine heredibus, vel alijs verbis usus fuerit privantibus suos heredes ab abitatione, sive domo predicta. Et hoc statutum locum habeat si heres predictus in ea sit solitus habitare, postquè dicta legataria cadat tn. à d.o Legato seu relicto sedis, et habitationis domus fact. à testatore, si ipsa ad secunda vota transiverit.

Qualiter Hereditas aprehendatur et qualit. ab ea abstineatur. Cap.o 160.

Ordinamus, et statuimus, quod si filius, vel filia repudiaret hereditatem Patris, vel ab ea se abstineret, si esset emancipatus, vel

uel non, et postquam talem repudiauerit hereditatem, uel ab ea se abstinuerit, et inuenti fuerint usi, uel uti bonis paternis, uel quod ea retinuerit, uel diceret, et bona retinere pro iure aquisito post mortem Patris titulo emptionis, uel alio titulo teneantur ipsi filij unus, uel plures respondere de ipsis bonis paternis tantumodo si non repudiasset hereditatem predictam, uel se abstenuisset ab ea, et non possint tales filij, uel filię defendere ipsa bona paterna pro aliquo sibi aquisito, uel concesso iure post mortem patris aliquo titulo, saluo quod dicta bona quilibet possit defendere pro dote suę matris, et donatione propter nuptias, et etiam pro dote, et donatione suę uxoris in ea quantitate ad quam talis pater se obligasset pro dotibus predictis, non obstante statuto aliquo siue lege aliqua loquente in contrarium predictorum. Item teneantur filij, qui possiderent bona Patris defuncti si non repudiauerint eius hereditatem, uel ab ea se abstinuerint respondere in solidum creditoribus dicti eorum patris tamquam heredes ipsius non obstante quod dicerent dicta bona possidere, ut creditores, et si quis interogaretur in iudicio an sit heres uel esse uelit alicuius personę defunctę et petierit tempus ad liberandum Vicarius non possit statuere ultra decem dies pro termino si persona de cuius hereditate agitur, uel decessserit in terra Liternę, uel eius districti, uel extra per quinquaginta miliaria sit, et si ultra decesserit statuere possit ad plus uiginti dies, et non ultra.

De Vxuris Relictis Cap.° 161

Item statuimus, quod si quis defunctus, siue moriens relinquerit uxuram per eum extortam reddendam heredes defuncti, uel bona eius habentes dare, et restituere teneantur, usque ad ualentiam bonorum defuncti de bonis defuncti, et hoc teneatur Dominus Vicarius fieri

fa

facere, et si non restituerit infra sex menses, vel minori tempore cogatur ad restitutionē, et nulla prescriptio currat, quò minus exegi possit in predictis Vicarius habeat plenū arbitriū capitolo aliquo in contrariū Loquente non obstante, et predicta intelligant. in casibus preteritis, presentibus, et futuris; Itē si aliquis in suo Testamento, vel aliter ordinauerit, quod restituent. usuras malè aquisitas, siuè malè ablatas quod darent. aliqua res mobilis siue immobilis compellere possit, et teneat. ipse Vicar.s heredes defuncti bonorumq. possessores prò parte ipsa quas possederint ad ead. Legata expendendū, et faciend. dicta restitutionē, ut declarauerint ad uoluntate Priorū fraternitatis Sanctę Marię de Ciserna prout melius, et salubrius viderint, et si testamentū non inueniretur Dnus. Vicarius credat Prelato, seù Sacerdoti qui penitentiā defuncto dederit usque in quantitatē decem Librarū, et prò hijs Rectores dictę fraternitatis inueniant, et denumptient Dnō. Vicario, qui Vicarius teneat. procedere in predictis ad uoluntatē dictorū Rectorū fraternitatis, Itē. si quis in testam.to uel Codicillo, vel alia ultima uoluntate disposuerit, et uoluerit usuras acceptas per eū, et male ablata restitui, à quibus recepisset uel eorū heredibus, et postea tamen noluerit, nichil ominus ad restitutionē predictā omnino teneant. non obstante aliqua Lege, statuto, vel prescriptione, et Dnus. Vicarius teneat. ad petitionem Episcopi Ciuitatis Castelli, siue eius uices gerentis, de predictis facere executionē contra heredes, uel bonorū possessores occasione predicta, et predicta omnia intelligant. Ecclesię Libertate semper salua.

De fluminib. et eor. confinib. Cap. 162.

Statuimus, et ordinamus, quod ad petitionē cuiuscumque petentis habentis possessionem iuxta flumen Tiberis, et aliorū fluminū

minas

fluminum in districtu Citerne Vicarius, et quilibet Officialis habens iurisdictionem super predictis in futuris. cogat disinitores comunis ad loca unde possit oriri questio ad terminand. et terminos infigend. qui disinitores teneantur, et debeant ponere, et mittere terminos ex utraque parte fluminis iuxta aquas fluminis, et si flumen post quas fuerint termini missi, et fixi acciperet ab aliqua parte ille de cuius parte flumen acciperet, possit, et ei liceat propria authoritate ex altera parte fluminis reacipere ab aqua usque ad terminum fixum ex latere convicini, ed illud quod fuerit factum, et terminatum per dictos disinitores uel partes concordes inter se debeant à partibus inuiolabiliter obseruare, et quod nullus audeat, uel presumat terminos siue ligna posita per disinitores, uel de uoluntate partium tollere, uel remouere à se, uel per alium sub pena librarum quinquaginta denariorum, et nichil hominus termini, siue ligna reponi debeant in pristinum statum. Item dicimus, quod nulla persona affigere, uel ponere, uel impedire cursum fluminis Subarij, uel alterius fluminis in preiudicium uicinorum, cum fraschis, seu paratis, uel alio modo possit pena librarum decem den. pro quolibet, et qualibet uice.

Circa disposita in proximo precedenti Capitulo

Decreuerunt contenta in dicto Capitulo habere locum, et procedere, quando de consensu uicinorum est facta situatio terreni, alias uoluerint stare decisioni iuris comunis.

De applicatione penarum. Cap.o 163.

Ordinamus etiam, quod in presenti uolumine statutorum, ubi imposite sunt pene, et non sit mentio de applicat. quod semper dicte condemnationes intelligantur, et esse debeant applicate Camere comunis Citerne cuiuscumque conditionis generis existant, et non aliter, nec alio modo.

78v

Quod procedatur dè similibꝫ ad similia. Cap.o 164.

occurrerit

Item statuimus, et ordinamus, quod si aliquis in terra Citernę uel eius districtu occurrerit de quo non fuit facta mentio quod Dnus. Vicarius seu Officialis procedat, et procedere possit de similibus ad similia in presenti uolumine statutorum, et si in aliquo statuto non fieret expressa mentio, e non terminaretur ad plenum de re contenta in dicto statuto referatur, et recurratur ad ius comune.

Qd. debitores introitus comunis non possint habere offitium. Cap.o 165.

Ad hoc ut debitores Comunis tardi, et pigri ad soluendum eorum debita in comuni, Ordinamus quod quicumque fuerit extractus ad aliquod Officium Comunis, et talis extractus fuerit repertus, et appareat quoquomodo debitor in libris comunis ipsius, laceratur et tale Officium gaudere non possit, nec ualeat, et incidat in quarto pluri reus erit debitor, et nichil ominus cogi possit, et cogatur per Dnum. Vicarium ad solutionem sui debiti.

Dè ordine funeralium. Cap.o 166.

Statuimus, et ordinamus, quod in morte, siue funere alicuius Citernensis, tam masculis, quam feminę cuiuscumque condictionis seruetur infrascriptus ordo, Vid. quod mortuo aliquo, nisi talis mortuus fuerit persona religiosa, quod statim pulsentur Campanę illius Ecclesię ad quam cadauer deferri debet pro masculo ter tantum, et pauco spatio, et pro femina bis postmodum uerum tempus, quo, et ora qua dictum cadauer debet intumulari uel ad ecclesiam deferri iterum pulsentur Campanę dictę Ecclesię eodem modo, et ultimo paruum ad extensum.

Item ordinamus si esset, quod sacerdos, uel Clerici nullo modo possint intrare domum defuncti ad canendum uigilias mortuorum, Vid. similiter

pro

prouisum est quod mulieres existentes ad flendum corpus mortuum non possint se excapigliare, nisi de cognatione, et de consanquinitate defuncti, nec minus exire ex domum tempore quo exhitur tale Corpus de domo sua sub pena XX. solidorum prò qualibet muliere, et qualibet contrafaciente.

Item similiter prouisum est quod quando Corpus est traslatum ad Ecclesiam, siue sepulturam, quod sacerdos cuius interest faciat confessionem genelem tantum, et nulla alia predicatione, homines socianttes, et qui sociauerint tale Cadauer statim una cum Consanguineis defuncti debeant discedere, et redire ad domum; et tale Corpus, et Cadauer portetur ad Ecclesiam copertum, et n discopertum, nisi tale corpus fuerit religiosum ut supra dictum est.

Item ordinamus, quod in qualibet funere non possit deportari ante Cadauer nisi unum duplerium siue torchium, sue asta ponderis ad plus trium librarum, et tantundem expendatur per heredes defuncti in candelis, et cera, siue torcheris ad plus, et quicumque contrafecerit incidat in penam prò qualibet, et qualibet uice in libris decem denariorum pro comuni.

Circà contenta in supto Capitulo statuerunt posse erogari in Ceris prò sepoltura cujuslibet Cadaveris usque in libris decem Cere, exceptis Personę in dignitate positis, et ultimis voluntatibus secus disponentibus.

Qd conuicini tractentur prout tractantur Citernenses à conuicinis Capº 167.

Ordinamus, et statuimus ad hoc ut laudabilis consuetudo conseruetur dicimus quod homines conuicini Terrę Citernę extra districtus tractentur in omnibus, et per omnia à Comunitate Terrę Citernę, et eius Officialibus prout, et sicut, et eomodo, et forma homines Terrę Citernę, et eius districtus tractentur à dictis conuicinis, tam in solutione gabbellę, quà etiam in omnibus

alijs

alijs rebus, quod statutum inuiolabiliter obseruetur non alio statuto in contrarium loquente.

Qd nullus Artifex possit facere, uel uendere cartas, et taxillos Cap.o 168.

Item statuimus, quod nullus terrae Citernae, uel eius districtus liceat neque possit aliquo modo facere cartas, siue triumphos, uel taxillos, neque uendere, neque uendi facere in dicta terra, uel eius districtu sub pena, et ad penam librarum uiginti quinque contrafacienti de facto auferendam et si Vicarius in predictis negligens erit puniatur in talem penam de suo salario retinenda per Camerarium Comunis, et locum habeat ad presentia et futura.

De Creditoribus 179 cap.o

Etiam statuimus, quod si quis in futurum esset creditor Comunis in quacumque quantitate, et quacumque Causa debeat facere eius petitionem comuni, uel cui per Comunem ordinatum fuerit, tempore quo per dictum comunem ordinatum fuerit, et preconizzatum per terram Citernae more solito in tempus per preconem assignatum, et si contra dictos creditores non fuerit petitum elapso termino nullatenus audiatur, et non intelligatur prò forensibus, neque prò absentibus quibus liceat petere omni tempore eorum credita quorum absentia probatur per duos testes.

De Porcis granellosis Cap. 169.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliquis tam terrigena quam forensis uendiderit aliquem porcum, uel porcam granellosam, siue infectam, quod talis uendens teneatur, et obligatus sit resumere à d.o emptore dictum porcum, seu porcam sic uendita mortua, et integram totam, sine aliqua solutione emptoris dicti.

Q.d nullum ius ematur p. aliquem con. com.m Cap.o 171.

Dicimus etiam, quod nulla persona possit ius aliquod emere con. comunem, aliquo modo cedere sub pena librarum uiginti quinque denariorum prò quolibet uice inuent. fuerit contrafaciendo admittatur Jus.

Quod consuetudo non preiudicet Cap.o 171

Item statuimus quod si aliqua persona iuerit, uel rediuerit in terram alicuius de terra Liternę uel eius districtu ire consueuerit, quod talis consuetudo non preiudicet Dnõ; uel Dong.e rec. siuè Terrę, nec possit prescriti ei ex longi, uel longissimi temporis perseuerare, nec ipsi Dnõ. aliquid preiudicium faciat alio Capitulo non obstante, et hoc locum habeat ad presentia, preterita, et futura.

Q.d laboratores forensium possint cogi prò datijs gabellis impositis pro comune. Cap.o 172.

Statuimus, et ordinamus quod omnes Laboratores terrarum, siue possessionum existentium in districtu Liternę possint cogi, et compelli a Vicario terrę Liternę ad solutiones datia, et alias impositas per comune dicti Comuni, uel habenti iura sua, et si quis in predict. fuerit renitens condemnet. prò comuni in libris decem, et nichilominus ad dictas solutionem cogatur, et quod dictum est de datijs, et impositis intelligatur de gabellis.

Quod notarius bancarius teneatur registrare in septem dies, nec dimittere spacium. Cap.o 173

Prouisum fuit etiam per statuentes quod omnes et singuli notarij, qui in futurum sedebunt ad bancum causarum Ciuilium in palatio Vicarij terrę Liternę teneant. et debeant integraliter, et extensè registrare, scribere, et extendere in Libro actorum omnia, et singula acta uel scripturas fienda, uel fiendas, et producendas in quibuscumque

que

que causis Civilib. seu mixtis infra sex dies proxime futuros postque de tali scriptura fuerit rogatus, saluo quod non tene-
ant. registrare scripturas publicas producendas, sed solu dumtaxat de productione ipsaru in libro mentionem facere teneant. et non possint dicti Notarij, uel aliquis ipsoru in eoru libris ali-
quid spatiu, seu biancu, seu cartas non scriptas dimittere post dictos sex dies sub pena XXV. librarum denarioru pro quolibet Notario contrafaciente, et quilibet uice, et quilibet possit acusa-
re, et denuntiare et sufficiat probatio unius testis, et Vicarius te-
neat. ex suo Offo. procedere, inquirere ad petitionem cuiuscumq. petentis aliquo statuto in contrariu, deponente non obstante, et teneant. et debeant dicti Notarij ostendere suos libros in qui-
bus scribunt scripturas, et acta predicta una requisitione si-
bi facta per uolentem uidere, recepta competente mercede sub di-
cta pena.

Que ad statuta in Capio. proxo. precedti

Decreuerunt, quod Notarius teneat. registrare scripturas de quib. ibi qn. pars scripturas exibens petierit registrari, et ad ali-
ter, et tunc infra dictu terminu sub dicta pena. Addentes quod No-
tarius actuarius teneatur, et obligatus sit omnes scripturas facien-
tes ad processu insimul legari facere, et in unu libru bene li-
gatu, et copertu, et intitulatu, et registratu sub numero carta-
ru redigere sub pena librarum decem denarioru auferenda a dicto Notario, et comuni Liberni applicanda.

De bonis liuellarijs Capo. 174

Ordinamus etia, quod omnes persone, que habent, et in futurum habebunt domu, uel alias possessiones in Terra Liberni, uel eius dis-
trictu libellarias, seu emphiteoticas Ecclesie uel alie singulari persone possit, et ualeat ipsas domus, et possessiones, uendere donare legare, permutare, et alienare, et alio quocumque modo in aliu

tras-

trasferre iure Libelli, et quilibet proprietarius rei emfiteotice, ſive libellarius, ad quem spectat ipsius refirmatio cuiuscumque conditionis, vel status existat teneatur, et debeat precise rifirmare in emphiteusim, sive iure Libelli in tertiam personam, seu prò meliori condictione illi, vel illis, sui, vel quibus talis res fuerit concessa allodium ex titulis supradictis cum censu solito, et quod dictus proprietarius non possit, vel debeat habere prò rafirmatione talis rei, nisi quatuorum unum prò qualibet libra valoris, vel extimationis rei quo devenerit in concessione, et cuilibet, cui fuerit concessa aliqua res libellaria, seu emphiteotica possit se defendere si possideat, et si alius possideret possit à quolibet possidenti, vendicari, ac si res esset Libellaria, et iure proprio.

Item dicimus, quod si aliqua persona possideret aliquam rem iure Libelli, vel emphiteotice condictionis, prò qua canonem, vel censum aut antecessores sui, quod nulla persona ad quam spectaret Ius confirmandi dictam rem, que dicitur ad se pertinere proprietate, vel possessione audeant, vel presumant molestare aliquem possidentem, si invenerit sibi, aut antecessoribus suis fuisse concess. in tertiam generationem, et durante generatione; Item si aliqua persona cuiuscumque condictionis, vel dignitatis existat voluerit privare aliquem sua propria autoriate alicui à re emphiteotica, vel libellaria liceat tali detentori vel possessori per se, vel per alios quommodò voluerit impunè defendere et in possessionem tueri, et nichilhominus ille, qui voluerit privare talem possidentem sua propria autoritate, incidat in penam Librarum Centum prò quolibet, et qualibet vice. Item statuentes quod nulla possessio emphiteotica, seù Libellaria debeat, vel possit reverti, vel à possessore eiuinci occasione Canonis, vel census non soluti, dummodo ille possidens paratus sit per se, vel alius solvere censum, vel canonem, et quod nulla persona audeat, vel presumat consulere advocare procurare, sive patrocinare alicui clerico, vel Laico, qui contra dictum statutum, vel aliquid ipsius capitulum

pe

peteret, aut facere atentaret, uel eis aliquam scripturam facere pena centum librarum den. cuilibet contrafecerit, et quilibet possit accusare, denunciare, et habeat medietatem banni, et nomine suo teneatur secretum, et Vicarius predicta omnia, et singula observare faciat, et teneatur summarie, et de plano sine strepitu, et figura Judicij, sub pena centum librarum denariorum de suo salario predicte Camere Comunis retinendarum, et quod Vicarius, uel alius Officialis dicti Comunis non habeant iurisdictionem cognoscendi ~~contra~~ contra hoc capitulum, sed omnino debeat hoc statutum in omnibus, et per omnia observari, et si contra hoc capitulum sententias, uel sententiatum fuerit non teneat, nec ualeat ullo modo.

Quod concessiones factę de bonis Libellarijs non possint reuocari Cap.° 175

Item statuimus, et ordinamus, quod concessiones factę de bonis Libellarijs, siue enphiteoticis non possint, nec debeant reuocari aliqua causa contra possidentem per aliquam concessionem alterius personę post primam concessionem factam, uel alia quarumcumque de causa, uel tenuta ipsarum rerum, qui se dicat proprietarius uel aliam personam autoritate propria debeat, nec possit auferri nec aprehendi, et si quis ipsam tenutam, uel possessionem abstulerit dnus. Vicarius, et quilibet alius Officialis habens in hoc iurisdictionem pro comuni expoliatum restitui facere teneantur in tres dies postquam fuerit petitum sine drictimus, uel salario et si quis authoritate propria contra aliquem personam tenutam, uel possessionem alicuius domus, uel Casalini aut alterius rei enphiteoticę Libellarię abstulerit, aut auferri uoluerit possidens, uel possidentes possint per se, uel per alium quem uoluerint se defendere, et eis resistere sine pena, et banni Comunis, et hoc locum habeat in Clericis, et Laicis, et priuilegiatis personis, et potestes precise predicta

ob

observari facere teneatur, et si negligens fuerit condemnetur in quinquaginta libris denariorum sui tempore Vicariatus.

Item aduertentes Prefati Domini Reformatores, qualiter non est permissum Laicis etiam statuta faciendo disponere super rebus, et personis Ecclesiasticis

Propterea decreverint contenta in Cap.o 174, et in Cap.o 173. ubi tratatur de bonis Libellarijs habere locum, et procedere in casibus in quibus dispositio iuris canonici concordat cum dispositione statutaria, et non aliter neque alio modo, ne falcem in messem alienam immittere videamur.

Qd nullum ius aquiratur in re, quà per alium possidetur. Cap.o 176.

Item statuimus, et ordinamus, quod nulla persona de Terra Cisterne vel aliundè audeat, vel presumat agire vel aliquid ius enphiteoticum, vel libellarium alicuius possessionis, vel rei immobilis, quod per aliud de dicta Terra, vel comitatu subiectis iurisdictionis comunè dicte terre possideatur ab aliqua persona singulari Ecclesiastica Collegio, et universitate, et si quis contrafecerit perdat omne Ius, qd aquisiuerit in re predicta, et Vicarius, et ceteri Officiales dicti Comunis teneantur, et debeant manutenere, et defendere primum possidentes, et predicta intelligantur, et locum habeant in possessionibus, et rebus Libellarijs, siue emphiteoticis receptis ab Ecclesia, Locijs. Collegijs, universitate, vel alia singula persona, et predicta locum habeant ad presentia, preterita, et futura.

Dè modo restituendi res derubatas apud alios inuentas. Cap 177.

Ordinamus, et statuimus, quod si quis, uel si aliqua persona in platea comunis, uel in strata publica publicè, et palā, rem aliquā mobilem, seù se mouentē bona fide emerit, uel alio iuxto titulo aquisiuerit presentibus duobus testibus, non posit ab emptore, uel alio iuxto titulo aquirere tales res emptas uel aliquo iuxto titulo aquisitas reconuinci, et opponi, quod ipsa res fuerit furata, uel derubbata, sed ipse ad quem spectaret reuoluerit illā rem precium emptori, uel habenti alio iuxto titulo restituat prò quò talem rem aquisiuerit, reseruato iure illi, cui fuerit res subtracta furto uel derubbata cond. furem, uel derobantē, uel aliud qd. mala fide habuerit rem predictā.

Quantum ad disponita in proximo precedenti Capitulo. Decreuerunt contenta in dicto Capo. procedere qn. emptor uerisimiliter ignorauit rem, quā emit fuisse rubatā, alias uerò si uerisimiliter emptor scire potuit subtractā fuisse furto rem emptā, uel si ita credere, et suspicari, ex uerisimilibus coniecturis debuisset, Volumus hoc casu standum esse dispositioni iuris comunis, declarantes quod ex qualitate rei uendite, et ex persona uenditoris.

Item ex quantitate precij sumi posse iudicium, an res fuerit furto subtracta, nec ne. Circà quas coniecturas uoluerunt standum fuisse arbitriò dni. Vicarij prò tempore existentis ipsius cosciencias onerantes.

Reliqua oīa. in pmo uolumine Statutorum causar civiliū. inserta, appobantes confirmauer in omnib, et p. oiā.

De aplicatione penarum Capo. 178.

Etiam statuimus, quod in singulis Capitulis contentis in presenti

senti volumine Statutorum in quibus applicatio penę non esset specificata, et declarata, quod dictę penę intelligantur, et sint applicatę, et deveniant dictę Comunitati Civernę.

Qd Religiosi teneant ad datia in costructione Murorum Capº 179

Cum de iure existat quia per omnes tangit ab omnibus debeat approbare est, qui suffert comodum, debeat etiam sufferre incomodum. Ideò statuimus, et ordinamus, quod tam in costructione, et reactione Pontium, fontium, et viarum, ac etiam Murorum Terrę Civernę omnes, et singuli Religiosi, Rectores Ecclesiarum, et presbiteri, Parochiales de Terra Civernę, teneantur, et obligati sint porrigere manus adiutrices, et intervenire prò eorum ratis prò Libras eorum possessionem in reparatione predictorum.

Qd de bonis devenientibus alicui loco Ecclesiastico soluantur Datia. Capº 180

Item statuimus, et ordinamus, quod si aliqua persona de Terra Civernę, vel eius districtu alicui loco Religioso, seu fraternitati monasterio vel Ecclesię rem aliquam legaverit immobilem teneantur hęredes defuncti de rebus sic legatis soluere datium de ipsa re donec, et quousque dicta bona posita fuerit ad extimum dictorum locorum sive Ecclesiarum, et teneatur Vicarius qui fuerit ad corrigendum, et revidendum extimum comunis, revidere possessiones, et res scriptas in extimo vetero dicti Comunis, et videre scripta in quolibet extimo, si ille ad cuius extimum scripta est tenet, et possidet penès se res, et possessiones immobiles inscriptas in suo extimo et si invenerit aliquas res tantundem non possidere, sive quod idem fecerit, et si invenerit res aliquas, seu possessionem pervenisse personę non subiectę iurisdictioni

Co=

84v

comunis Citernæ siuè quod non soluat damnum Comuni Citernæ: illas reponi faciat ad nouum extimum illius, qui eas alienauerit, uel suorum heredum, tanquam si per eos possideret, et sic dicta extimatione in extimum procedat, et teneatur ipse, et sui heredes comuni datium soluere prò ea re sic alienata, donec peruenerit ad personam soluentem datium comuni Citernæ ex ipsis rebus continuo tamquam alij Citernenses laici, et subpositi iurisdictioni dicti Comunis hoc saluo Videlicet, quod si ille ad cuius extimum prædictæ res inueniventur in extimo ueteri res ipsas alienasse alicui personæ priuatæ subiectæ iurisdictioni dicti comunis, tunc debeat Vicarius extimos inquirere contra emptores de predictis rebus, et eas ponere in eis extimis si inuenerint eas possidere, uel si inuenerit dictas possessiones esse penes alias personam non subpositam iurisdictioni dicti comunis, et non soluerit dictum datium comuni. Itaque ipse emptor, et heis heredis soluant datium Comuni prò ipsis rebus et possessionibus quousquè ipsæ res peruenerint ad priuatas personas, quæ continuo datium soluant tamquam alij Citernenses Videlicet Vicarius per sacramentum teneatur facere coram se comparere Priores Fraternitatis Sanctæ Mariæ, et eos sed quaelibet eorum iurare, quod non uendent alicui personæ continuo datium non soluenti, tamquam alij Citernenses, et Dominus Vicarius ad inquirendum et inueniendum ueritatem super predictis liberum habeat arbitrium, et condemnare debeat in penis eisdem quilibet contrafacienses, et ad inquirendum, et procedendum super premissis nullatenus currat præscriptio temporis in aliquo capitulo statutorum qui contrarium loqueretur. Addentes insuper, quod si aliqua persona tam terrigena quam forensis emeret, uel permutaret aliqua bona stabilia à Locis pijs, siue Ecclesijs quod talis emens teneatur ad solutionem datiorum comunis, statim facta emptione, uel permutatione, etiam si ad eius extimum positum non esset aliquo in contrarium non obstante.

Ad laudem om̃ipotentis Dei, eiusque gloriosissime matris semper Virginis Marie

Dedi finem huic Primo libro Statutor. Civilium Terre Citerne die lune decima sexta mensis Decembris 1602.

Tabula secundi Libri Statutor. Terre Citerne super Causis Criminalibus.

De modo, et ordine procedendi in causis Criminalibus — Cap.° 1

De modo procedendi contra Citernenses, et forenses — Cap. 2

Qd. maleficia debeant probare per duos testes — Cap.° 3.

Qd. testes producant. coram Dño. Vic.° et possint cogi — Cap. 4

Qd. ~~ante~~ omnes iniuriati possint facere accusas — Cap. 5

De prosecutione accuse — Cap. 6

De Homicidijs — Cap. 7.

De Asassinis — Cap. 8.

Pena blasfemanti. Deum — Cap. 9.

Pena commitenti. uitium sodomiticum — Cap. 10

Pena facienti. priuatum Carcerem — Cap. 11

De Furtis — Cap.° 12

Pena inducenti. falsos Testes et de Laboratoribus — Cap. 13

De comitenti. adulterium cum Uxore aliena — Cap. 14

Pena ludenti. ad taxillos — Cap.° 15

Pena facienti. insultus — Cap.° 16

Pena ferenti. Arma — Cap.° 17

De uerbis iniuriosis — Cap.° 18

De uerbis improperatorijs — Cap. 19

De offendenti. Vicarium — Cap. 20

Pena offendentium Patres — Cap. 21

Pena percutientibus manu uacua — Cap. 22

Pena percutientibus cum Armis — Cap.° 23

Pena minorum 14 annorum — Cap. 24

Pena percutienti. coram Vicario — Cap.° 25

Pena exterminanti. terram — Cap. 26

Si Pater teneatur pro filijs fam. in maleficio — Cap. 27

De corrumpenti. Vicarium, et Officiales — Cap. 28.

De euntibus de nocte — Cap. 29

De maleficijs commissis inter mulieres — Cap.° 30

De forensi. comitenti. maleficium — Cap.° 31

85v

De beneficio confessionis pacis et solutionis — Cap.o 33
De observatione pacis — Cap.o 34
De beneficio pacis non admittendo — Cap.o 35
De precepto facto per d. Vicarium contra resistentes — Cap. 36
Pena rumpentibus hostium tecta, et similia — Cap. 37
Pena violantium mulieres — Cap. 38
Pena impedientibus curiam — Cap. 39
Pena turbantibus possessionem Cap. 40
Pena impedientibus laboratores ne laborent — Cap.o 41
Pena sgrottantibus possessionem alicuius — Cap. 42
Pena frangentibus clausuram molendini — Cap. 43
Pena derivantibus aquas per terras alterius — Cap.o 44
Pena impedientibus pignus vel tenutas Baiulis — Cap.o 45
Pena offendentibus aliquem tempore rumoris — Cap.o 46
Pena acceptantibus sbanditos — Cap.o 47
Pena offendentibus condemnatos — Cap. 48
Pena occidentibus animalia — Cap. 49
Quod procedatur de similibus ad similia — Cap. 50
Pena mutuantibus ad usuram — Cap.o 51
Pena facientibus matrimonium contra voluntatem Patris — Cap. 52
Pena inobedientibus d. Vicario — Cap. 53
Pena ascendentibus supra domum alicuius — Cap.o 54
Quod Vicarius possit compellere partes ad paces faciendum — Cap. 55
Pena petentibus debitum solutum — Cap. 56
Quod bona condemnatorum vendantur usque ad satisfactionem penarum. Cap.o 57
De his qui accusaverit aliquem ad aliquam curiam quamcumque Liternis Cap.o ... 58
Pena cancellantibus condemnationes — Cap.o 59
Pena Prioribus camerario et Cancellario proponentibus, vel proponendo faciat gratias condemnationi — Cap.o 60
Pena interficientibus sacos — Cap.o 61
Pena ementibus à famulo — Cap.o 62
Pena diviantibus famulos — Cap.o 63
Pena d. Vicario non expellendo leprosos, et morbosos de Terra Liternis, et Curia — Cap.o 64
Quod masculinum genus concipiat femineum. Pena mitentibus ignem in possessione domo, sive capanna alicuius — Cap. Cap.o 65 66
Quod nulla iura, vel conventicula fiat — Cap.o 67
Pena comitentibus maleficium propter quod rumor esset in Literna Cap. 68
Pena vastantibus vias, stradas et Pontes — Cap.o 69
Pena capientium Columbas — Cap.o 70
Pena smelantium, et devastantium Apes — Cap.o 71
Quod mulieres male fame expellantur — Cap.o 72
Quod nullus Calzolarius tendat pellas ad fenestras, et in stradis publicis — Cap.o 73
Quod marescalchi non possint sanguinare bestias in stradis publicis — Cap.o 74
Pena euntibus ad domum alterius violenter, vel ignem mitentes. Cap.o 75

Quo

Statuimus, et ordinamus quod Vicarius Terrę Citernę et eius Officialis, et quilibet eorum habeat autoritatem, et potestatem inquirendi, et procedendi de et super omnibus, et singolis robarijs, et prodicionibus furtis homicidijs incendijs exterminationibus terminorum, et terrarum, falsitatibus, et de omnibus et singulis maleficijs excessis delictis, et culpis in dicta Terra Citernę, et eius Territorio, et districtu quemlibet comittendis seu perpetrandis super omnibus, et singulis maleficijs in modum inquirendi, et procedendi habeat liberum arbitrium summarie, et de plano sine strepitu et figura iudicij, et omnibus et singulis iuris, formis, et modis quibus d. Vicario, et eius Curię uidebitur, et placebit in puniendo vero, et condemnando sequatur, et sequi debeat secundum formam presentis statuti, saluo quod de adulterio non per uim commisso ex suo offizio procedere non posit nisi ad denumptiationem querelę, et accusationem adulteratę eiusque Viri patris, uel auij aut eius fratrum Carnalium, et his dificientibus proximorum Consanguineorum, Volumus etiam quod super dictis maleficijs, et excessibus quibuscumque dnus. Vicarius cognoscere posit, et condemnare etiam, si opus fuerit ad denumptiationem, querelam, et accusam cuiuscumque possis et iniuriati, et posit d.s Vicarius in predictis, et quolibet preditorum, procedere, inquirere, et exequi ex suo off.o, non obstante aliquo statuto in contrarium disponente, saluo de Adulterio predicto cond. quem procedatur ut supra, et postquam audiuerit, aut ei manifestum fuerit aliquod maleficium commissum compellat partes ante se uenire infra tertiam diem, et copiam probationum siue indiciorum partibus concedat, et omnium accusatorum, saluo quod, si ex formam alicuius statuti nomen accusatoris, siue denuntiantis debeat teneri secretum, et notarius maleficiorum se subcribat dictę Copię cui copie credatur, et si per d.m notarium staret quin dicta copia detur interim ad ulteriora procedi non posit, nec iterum currat tempus ad defensam datum, et maleficia cognoscere, et infra xxx dies expediri debeat condemnando, uel absoluendo, non obstantibus diebus feriatis, saluo diebus Pascalis, Natiuitatis, Resurectionis, et

die

diebus feriatis in onorem Sanctorum Apostulorum, et aliorum Sanctorum de quibus in Statuto de Festiuitatibus celebrandis Loquetur, et si contingerit personam denumptiatam, accusatam, uel inquisitam de aliquo maleficio, uel quasi citari personaliter, uel in domo sua uel solitæ habitationis consuetæ infra tertiam diem post citationem de eo factam banniatur talis persona ex banuitorem Comunis, et in banno ponatur ante Plaseam Sancti Christofari, et in Palatio Comunis, et dato termino trium dierum ad minus in qualibet dictarum Citationum, et si infra terminum non uenerit ulterius non audiatur, et habeatur pro confesso, et condemnetur infra XXX. dies, quæ sententia, et condemnatio ualeat si uero talis persona uenerit coram Dno. Vicario et non curauerit obseruare mandata ipsius per contumaciam condemnetur; ac si maleficium esset confessatum, et contra ipsum probatum; quam condemnationem Dnus. Vicarius producat ad effectum in bonis condemnatorum aliter de suo salario teneatur non obstante aliqua apellactione ipsius condemnati per contumaciam, quæ apellatio non audiatur; nisi primo satis dederit de soluendo condemnationem in causa subentibentiæ in ipsa causa appellactionis, nec possit uictiare aliquem processum propter solennitatem, et ordinem iuris non seruatum, nec possit uitiari aliquem processum qui fieret contra aliquem filium familias etiam si pater non consenserit filio in iudicio existente, seu processui facto, uel fiendo contra eum, uel minorem XXV. annis, et Dnus. Vicarius capiat, seu capi faciat, et possit detinere malefactores omnes, donec satis dederint idoneè de iudicio standi, et iudicatum soluendo, et sic in talibus criminalibus exequatur, et dnum Vicarium exequatur punitio, et condemnatio secundum formam alicuius statuti de materia Loquentis.

Reforormationes super secundo uolumine Statutorum Causarũ Criminalium.

Circa disposita in principio huius uoluminis addentes decreuerunt quod quemadmodum Dominus Vicarius ex Offo. sub adulterio inquirere non potest nisi ad querelam adulteratæ, uel attinentium ipsius

ipsius ità Dnus. Vicarius inquirere non ualeat super maleficijs commissis inter coniunctas personas, siue sint agnati, siue Cognati usque in quartum gradum computandum secundum Jus Canonicum, sed tn. procedat ad querelam offensæ personæ coniunctæ exceptis maleficijs cum sanguinis effusione maxima, et ulnere cura medici indigente, uel cum ossis fractura, seù membri debilitatione, in quibus etiam inter Coniunctos inquiri posse per Dominum Vicarium decreuerunt.

De modo, et ordine procedendi in causis Criminalibus. Cap.° I.

Statuimus, et ordinamus, quod Dnus Vicarius citari faciat denuntiatum, inquisitum, et accusatum, cum Cedula continen. in se effectum maleficij cum termino trium dierum ad comparendum, et se defendendum, quæ citatio personæ uel ad domum solitæ habitationis fiat, uel ad locum, in quo consueuerit moras facere, si terrigena fuerit persona accusata, denunptiata, uel inquisita, si uero fuerit forensis bandiat. per Baiulum comunis in fenestra Palatij, et deinde cedolæ assignan. ad postum sancti Christofari, et ipsum ibid. relaxetur sex dierum spatio, et si talis persona citata terrigena, siue forensis non comparuerit in dicto termino iterum citet. per præcorem d. Comunis Vt. Terrigenum alio semel domi, siue solitæ habitationis, forenses uero ad fenestras Palatij Comunis, ubi ius redditur, et assignetur sibi terminus aliorum trium dierum in dicta citatione, et si infra dictum terminum secundæ Citationis non uenerit per se, uel alium legitime, qui alius non possit, nec debeat recipi, nisi ad confitendum maleficium, tunc ponat. in banno per preconem d. Communis sono Tubæ premisso, si absens fuerit à dicta Terra, uel eius territorio, et districtus ad dictas fenestras Palatij dicti Comunis in pena sibi prò dicto maleficio imponenda banniat., et in qua secundum formas statuti uenerit condemnatus, quò banno assignet. sibi terminus trium dierum, et supra quò termino elapso, si non comparuerit prò confesso habeat. talis accusatus, inquisitus, et denunptiatus, et teneatur prò conuincto, et testibus superato, et tanquam contumax, et conuinctus

87v

ctus condemnet. comprensis in statuto de materia loquente, et ta-
lis sententia valeat, et sit firma, et rata, ac si dictum maleficium fuisset
plenè probatum, siue confessatum, quam D. Vicarius debeat executioni mandare,
si vero denunptiatus, et inquisitus comparuerit datis idoneis fideiusso-
rib. de soluendo approbatis p. camerarium dicti Comunis, et de parendo
mandatis dni Vicarij eius condemnationes relaxetur, et hoc si de
aliquo crimine per supradictum commisso ueniat imponenda pena
pecuniaria, saluo quod ubi in defectu pene pecuniarie n. soluendę
succederet aliqua pena corporalis ex forma alicuius statuti, qd.
eo casu facto deposito penes Camerarium dicti comunis de dicta quan-
titate soluenda, debeat omnino relaxari et quod facta dicta ex-
casatione per dictum reum, uel per alias legitimas personas prò eo
et datis dictis fideiussoribus statuat eidem terminum trium dierum, et
plurium eius arbitrio, usque in decem dies, ad omnes ipsius rei defen-
siones fiendas, cum monitione, ut intersit in iudicio omnib. alijs su-
per eius processum fiend. usque ad sententiam inclusiue comissa Dno
Vicario Licentia procedendi usque dictam sententiam.

Item aduertentes, qualiter in proximo precedenti Capo. est dispositum,
quod nemo prò inquisito ualeat comparere, nisi ad maleficium confi-
tend., et satisdand., decreuerunt licere reo prò eius uxore inquisi-
ta, maxime iuuene comparere posse, ne dum ad confitend., sed etiam
ad omnes defensiones faciend., dummodo maleficium non sit tale, adeò qd
pro eo ueniat imponenda pena corporis afflictiua, quo casu inquisit. et
inquisit. personalit. comparere uoluerunt, et in capitulo, et istud qd
proxime dictum est in caso uoluerunt procedere, et etiam habere lo-
cum in parte respectu filię, et filiarum cum fratre respectu sororis
bonę uitę, et morum.

Item decreuerunt coniunctum usque in quartum gradum de iure Cano-
nico computand. prò coniuncto inquisito comparere posse ad alle-
gand. absentiam, uel egritudinem, et proband. siue aliquod furtum im-
pedimentum, quib. non obstantib., si dnus. Vicarius uoluerit procede-
re, isto casu uoluerunt etiam coniunctas personas, ut supra prò con-
iuncta persona inquisita comparere posse ad omnes defensio-
nes

nem faciend., dummodo non ſit maleficium exigens penam corporalem iuxtam formam, et statuta Citernensia.

De modo procedendi con. Citernen. et forens. Cap. 2

Ordinamus, quod Dnus Vicarius, et eius officialis, teneant. et debeant omnes, et singulos processus criminales contra contumaces per sententiam diffinire, et terminare infra XXX. dies à die initiati processus computandos contra comparentes uero infra triginta dies à die facte excusationis uel confessiones proxime subsequentes. Processus uero pendentes infra triginta dies, à die consignationis librorum, uel actorum, novo Vicar.o computandos, et teneat. dictus Vicarius super dictis processib. iudicare, sententiare, non obstante quod aliqua pars citata non fuerit ad dict. sententiam audiend.; que sententia sic lata ualeat, et teneat partib. presentibus, uel absentibus citatis, uel non, dumodo in ipsa sententia sint alia que in ipsa requirunt.; fiat tm. bannimentum per preconem dicti comunis die precedenti de sero, uel eod. die demane, quo ferunt. dicte sententie in scalis Palatij dicti comunis, quod omnes, et singuli inquisiti, accusati, et denunptiati in curia dicti Vicarij de sequenti, uel eod. die de sero post uesperas ad sonum campane dicti comunis uenire debeant in iudicio ante tribunal coram Dno. Vicario et eius curia ad audiend. dictas sententias ferendas, et ferant. ut sa. et si Vicarius fuerit negligens in predictis, uel aliquo predictorum condmnet. tempore sui sindicatus in libris XXV. denariorum prò qualibet uice, quas sententias teneat. Vicarius exequi, et executioni mandare con. reos, et eorum bona, uel eorum fideiussores, et bona.

Quantum ad contenta in Cap.o secundo posit. sub Rubrica = de modo procedendi contra Citernenses, delarauerunt, dnm. Vicarium teneri, ut in dicto Capit.o sententias ferre ut in dicto Cap.o infra triginta dies sub pena in eod. capitulo taxat., et casu quo processus n̄ fuerit consumatus d.o tempore ob hoc noluerunt instantiam expirasse, sed potius sententiari posse quocumque, et quomodocumq. lata sententia de iure teneat, et subsistat.

Qd maleficia debeant probari p. duos testes. Cap.o 3.

88v

Etiam statuimus quod maleficia debent probari per duos testes fidedi=
dignos, uel confessionem accusati, uel inquisiti, quæ probatio dictorum com:
mittatur, et ualeat in his dificientibus Vicarius possit, et debeat ponere
ad torturam quecumque terrigenam, uel districtualem Terræ Ciuerne pro om=
nibus infrascriptis maleficijs, delictis, et excessibus, V.t Homicidio, pro=
dimento, adulterio crimine lesæ maiestatis, furto, robbaria pro pri:
uato carcere falsitate cuiuscumque generis, criminum contra naturam
et pro incendijs, et generaliter pro omnibus, et singulis maleficijs cum
armis, et sanguinis effusione commissis, pro quibus tamen maleficijs non
possit aliquis torqueri, nisi precedentibus presumptionibus, et inditijs legit=
timis, et sufficientibus. uel nisi probatum fuerit per publicam uocem, et famam
per sex testes fidedignos de auditu, uel per unum testem ad minus de uisu
probantem, et omni exceptione maiorem, et si inquisitus denuntiatur, uel
accusatus non comparuerit in termino citationis ad subiciendum se tortu=
ram habeatur pro confesso, et conuincto, et testibus superato, et si Vicarius
contrafecerit in predictis, uel aliquo predictorum condemnetur in Libris
XXV. denariorum pro qualibet uice, et quolibet tormentato ex dicto
ordine, et modum. Addentes quod nullus possit ã ipso Dnum Vicario
uel eius Officialem torqueri sine presentia Domrum Priorum, uel saltem in
presentia duorum ex ipsis pena Dnõ Vicario Librarum C.ta pro quolibet
tormentato sine presentia prefatorum dominorum Priorum, et non possit
Vicarius tormentare aliquem, uel eius Officialis post factam excusationem
seu responsionem processui, publicatoque ipsius, excepto quod in
maleficijs actionibus, et enormibus in quibus ss habitis dictis indi=
tijs in presentia dictorum dominorum Priorum, ut supra procedi pos
sit ad torturam.

Circa contenta in Cap.o tertio posit sub Rub.a quod maleficia possit
probari in quantum. in ipso disponitur ã mat. factis cum Armis, et san=
guinis effusione posse ad torturam procedi declarauerunt illud
dictum procedere quando maleficium sit cum magna sanguinis effu=
sione, uel Ossis fractura, uel membri delibitatione, et non aliter.

Qd testes producant corãm D. Vic.o et possint cogi Cap.o 4.

Item statuimus, quod Vicarius debeat cogere cum effectu coram eo Produc. in causa civili, vel Criminali ita quod compareant ad perhibend. testimonium veritati cuiuscumque gradus, et conditionis existant tales testes, qui si ocultaverint, et fugaverint, et noluerint testificari solvant decem Libras, nec non teneantur ad omnia damna, expensas, et interesse parti producenti; Itz si alicui super aliqua veritate dicenda, tam in qualibet Causa Civili, quam Criminali, et in quocumque actu, et quotiescumq., et quandocumque iuramentum fuerit delatum, et si ipsi testes diuraverint de facto absque alia solennitate processus, usque in quantitate solidorum XXXX quę d iurato non habeant informare pp. ea statuto penali in prohibentibus falsum testimonium, et in respondentibus positionibus, et capitulis.

Qd omnes iniurati possint facere Acusas Cap.o 5.

Statuimus etiam quod quilibet passus iniuriam, et offensam in persona, vel rebus possit accusationem, et denumptiam facere, ac etiam Mater, et Pater, si patrem non haberet, pater filius, frater, avus, nepos, patruus, avinculus, et quolibet eorum, quę accusatio fieri debeat infra tempus duorum mensium à die commissi maleficij, vel à die scientię, vel verisimilis notitię habitę per eum, quibus elapsis, ulterius recipi non valeant, quę notitia, vel scentia accusantis probetur per duos testes, salvo quod de omicidijs prodimentis, furtis falsitatibus, robbarijs, incendijs sit licitum cuilibet accusare infra quinque annos à die commissum delictum computandorum, quas accusationes teneatur Vicarius recipere, et testes examinare, et omnia necessaria accipere ad verificand. dictam accusam; forenses vero non possint aliquem terrigenum, vel districtualem Licernensem accusare, nisi de sua

et

suorum iniurias tantum, excepto quod de homicidio, furto prodimento robberia, uitio sodomitico, prò quibus sit licitum cuilibet accusare ut supra dictum est.

Circa contenta in proximo precedenti Cap.o decreuerant esse licitum accusatori quandocumque antequam sit Reus per testes, uel alias legittimas probationes conuinctus accusationem cancellare facere, solutis bononenis octo ad plus Dnò. Vicario iuxta ueterem consuetudinem Civernensem, et hoc procedat in maleficijs, et delictis sine sanguinis effusione, uel sine ossis fractura, siue sine alicuius membri debilitatione ^ accusationem non prosequentis iuxta dispositionem statutorum, et maxime Cap. 6.o positi in proximo subsequenti Cap.o sub Rub.ca de prosecutione accuse, et tm. postea liceat d. Vic.o ex off.o inquirere.

T alioquin accusator accusationem derelinquens, ~~si~~ ~~uè non prose=~~ quens incurrat pena ^

Dè prosecutione Accuse Cap.o 6

Ordinamus quod quilibet accusator ^teneatur prosequi accusam suam, eamque probare per terminum sibi prefixum per Dnum Vicarium, qui si non probauerit, uel probatus fuerit, seù prosecutus fuerit condemnetur talis accusans et non probans in ea pena, in quà condemnari deberet talis accusatus, si accusatio fuisset uerè probata.

De Homicidijs Cap.o 7.

Item statuimus, quod si quis in terra Civerne, uel eius districtu occideret aliquem Civernensem, uel forensem, sibi caput à spatulis amputetur, itaque penitus moriatur, si dictum homicidium dolo, et proposito commissum, et perpetratum fuerit et si in fortiam comunis ~~per~~ ~~uenerit~~, ~~si uero in fortiam comunis non~~ peruenerit. ^T exbandiatur capitaliter, et bona sua applicentur prò dimidia camere comunis Civerne, et reliqua dimidiam dictorum bonorum filijs occisi, aut nipotibus, quibus deficientibus succedat in totum, et habeat d.a Camera

T si vero in fortiis Comunis non peruenerit ^

va saluo iure omnium suis habentium in dictis bonis, uel à dicta bona immobilia, quibus non sufficientibus etiam ad mobilia deueniatur, et nichilominus quandocumque in fortiam comunis peruenerit sibi caput amputetur, ut supra, et qui consilium, auxilium, et fauorem dederit per quem dictum maleficium fuisset comissum condemnetur in milles Libris denariorum, et si dictam penam non soluerit infra x. dies, aut plures infra mensem, arbitrio D. Vicarij, statuendo, computando tamen à die latę sententię pena capitis puniatur.

Circa disposita in precedenti Cap.o omnia comprobantes decreuerunt quod nemini liceat comparere tanquam unus de populo in causa homicidij, uel alterius maleficij prò quò ueneerit imponenda pena ultimi supplicij, uel aliqua alia pena corporis afflictiua neque ad allegandum innocentiam, neque ad excusandum nisi reo in carcere constituto, et si secus factum fuerit, quid quid attentatum fuerit non ualeat ipso iure tanquam factum lege hac municipale resistente.

Dè Asassinis Cap.o 8.

Statuimus, et ordinamus, quod si aliquis in dicta Terra, uel eius districtu fuerit Asassinus, et homicidium comisserit prò precio aliquo traginetur per gulam, et omnia sua deueniant comuni bona, si uero prò aliquo precio membrum aliquid alicui inciserit uel debelitauerit in amputatione talis membri, et in Libris quingentis condmnetur prò Comuni, et eadem pena puniatur ille qui soluerit ad dictum maleficium comitendum; et qui percusserit aliquem prò pretio cum pugno, bastone, lapide, uel alio modo sinè sanguinis effusione puniatur in Libris ducentis denariorum, et quia plus est ueneno homines occidere quam gladio, ideo uenefici comprendantur puniri lege, et statuto homicide, et tamquam homicide pena capitis puniantur ut supra, et similiter puniatur capite, qui tractauerit prodictionem, uel tradimentum de Terra Liternę, quod Deus tollat suspendatur per gulam, et omnia sua bona comuni applicentur

tur, et si non potuerit capi ponatur in bannum, et perpetuo sit exbanditus, et si quis accusauerit aliquem de tali maleficio, et non probauerit soluat comuni libras centum.

Pena Blasfemmantib. Deum Cap.º 9.

Ordinamus, et statuimus, quod nulla persona audeat, uel presumat blasfemare onipotentem deum, et eius gloriosam matrem Virginem mariam et blasfemans soluat bannum librarum XXV. denariorum, et si non soluent infra x. dies fustigetur uirgis per dictam terram, et spodium cum una patenam in lingua, et per duos dies stet ligatus ad catenam in platea Sti. Christofari, et de dicto bano remaneat exbannitus, et Vicarius teneatur facere inquisitionem contra delinquentes si sciuerit per quascumque modum uiam, et formam quibus melius poterit, et sine aliqua diminusione soluatur dicta pena pecuniaria.

Item qui blasfemauerit sanctos Petrum, et Paulum, et santum michaelem Arcangelum soluat bannum quinque denariorum, et qui blasfemauerit ceteros sanctos, et sanctas dei soluat bannum comuni solidos Lx.ta sine dimissione, et remissione alicuius gratie et qui arregauerit, uel proposuerit gratiam fieri de predictis soluat bannum solidorum XXXX. et quilibet possit esse accusator et habeat tertiam partem banni, et teneatur secretum, et qui iurauerit per sanguinem, et corpus Xpi, et Virginis Marie, puniatur de facto in solidis XX. qualibet uice, et qui nominauerit aliquem sanctum, uel sanctam uituperose soluat penam solidorum quindecim, et quicumque aliquam figuram representauerit immaginem onipotentis dei [T vel eius Matris Virginis Marie, vel aliquem Sanctum, et Sanctas Dei] in quibuscumque locis existentibus deuastauerint, uel iniuriose percusserit, et fregiauerit soluat bannum librarum duocentarum de facto comuni Liverne, quam si non soluerit infra x. dies à die late sententie computandi manus dextera eidem delinquenti à brachio amputetur, et separetur, et quecumque blasfemauerit patrem, uel matrem, uel dixerit ei iniurias soluat

soluat bannum solidorum C.ta qualibet uice, et Vicarius de predictis te-
neatur inquirere, et custodes secretos ponere, et delinquentes punire mo-
do, et forma predictis.

Quantum ad contenta in premisso proxime Cap.o Moderantes statuerunt
publicos, famososque Blasfemiatores Dei, et gloriosissime semper Virginis
Marię puniri pena corporali de quà in dicto Capitolo, et etiam pecu-
niaria ut in eo; Blassemnatores uerò non publicos, neque famosos co-
luerunt penam XXV. Lib. den. puniri tantum, in reliquis confirmantes
mandantes D.no Vicario obseruantiam predictorum, et contentorum in eo
cum hinc ira dei descendat super terram, et hinc bella, et grandines
et ceteras calamitates in genus humanum seviunt, et dominantur,
et irruunt —

Pena comittentib. uitium sodomititicum Cap. 10

Item statuimus et ordinamus, quod nullus audeat vel presumat nefandissimum Libi-
dinem cum aliquo masculo exercere, quę libido sodomiticum uitium
nominatur propter quod uitium ira dei uenit in filios puniatur
modo, et ordine infrascripto, Vid. quod qui dictum uitium exercuerit
si fuerit tam agens, quam patiens ętatis quatuordecim annorum, et ab in-
de supra usque ad numerum XVIII. ad nonum prima uice fustigetur per
palatium Comunis uinca cane circa triginta percussionib. cum uirga, seù
corigia prò qualibet; Prò secunda autem uice in libris decem in eadem
pena corporali puniatur. Prò tertia aut uice soluat libras XX. prò quo-
libet, e per dictum palatium fustigetur eodem modo si uero fuerit agens à
XVIII annis supra usque à XXX. soluat bannum lib. XXV. prò prima ui-
ce, quas si non soluerit infra X. dies à die condemnationis de eo facte
fustigetur per totam terram, et exbandiatur per annum, in quo redire
non possit ad dictam terram, et eius Curiam, qui infra X dies, et si soluere
uoluerit dictam penam audiatur, et moneatur; Prò secunda autem uice sol-
uat bannum librarum C.ta denariorum, et eadem pena puniatur in corpus, et ban-
niatur ut supra, et audiatur ut supra; Prò tertia autem uice librarum

Centum

centum denariorum, et eadem pena puniatur in corpus, et in banno ponatur ut supra, et audiatur ut supra; si vero fuerit agens annorum triginta ut supra prima vice comburatur, qui in tali abbominabili vitio fuerit legitime convictus, et repertus cuius persona redimi possit in pecunia ascendentem ad summam centum florenorum nec minus infra terminum XX. dierum à die late condemnationis, sed si fuerit patiens maior quatordecim annis, et voluntariè patiatur fustigetur cum corigia percussionibus quindecim, si autem minor annis decem relinquatur monitioni Patris, si verò patiens fuerit à decem, et octo supra annis pro prima vice, secunda, et tertia illis penis puniatur quibus et eodem modo quo agens similis etatis.

Pena facientibus priuatum carcerem Cap.º ii.

Statuimus etiam, quod si faceret alicui privatum carcerem ditinendo carceratum, vel recipiens, vel capiens personam alienam causa eam detinendi in privato carcere, vel aliqua occasione indebita condemnetur in libris ducentis denariorum, nisi fuerit pater qui filium carcerare possit, et etiam alij devij carcerari ab eorum conienctis, ut furiosi, et mentecapti, et omnes alie persone per quas periculum esset irrga terram, et premissa non intelligatur in feminis que capereantur causa luxurie, quo casu imponatur pena secundum formam statutorum de materia loquentium, et illa intelligatur privatum carcerem comittere, qui indebitè et non legitima occasione aliquem invitum retinuerit ultra horas XXIIII infra quod tempus debeat incarceratum in conspectu, et in iudicio presentare domino Vicario, si autem relaxaverit, et lapso dicto termino nichil ominus eadem pena puniatur.

De furtis Cap.º iii.

Ordinamus, quod publicus, et famosus Predo furis laquo suspen=
datur per gulas, itaque penitus uitam perdat, et si publicus, et fa=
mosus non esset, et fuerit alicui depredatas rem ualoris XXV. librarum
infra usque ad decem libras condemnetur in libris denar. ducentis
quas si non soluerit infra decem dies à die condemnationis, sibi ma=
nus à brachio amputetur, si uero depredatus fuerit rem ualoris
XXV. librarum supra usque ad quinquaginta licet publ. et famosus
non sit predo condemnetur in libris quingentis denariorum, quas si non
soluerit infra deem dies à die condemnationis, manus sibi dextera
computetur, fustigeturque per totas terras, necnon bulletur in
facie, et banniatur totaliter, quod ad dictas terras reuerti non possit
qd si repertus fuerit, et in fortiam comunis peruenerit per gulas
suspendatur, si uero depredatus fuerit rem ualoris quinquaginta li=
brarum, et ab inde supra indistincte, si famosus, uel non famosus esset
Predo furcis suspendatur, si uero depredatus fuerit rem ualoris librarum
decem ab infra usque ad centum solidorum, condemnetur in centum libris
et si res depredata esset ualoris centum solidorum, et ab inde infra usque
ad uiginti sol. in quinquaginta libris condemnetur; et si esset ualoris
ab inde infra condemnetur in libris decem, et quolibet dictorum casu
condemnetur in duplum ad restitutionem rei robbate, damnum passo, et
predicta non intelligatur in aliquo de familia, siue in famulis, et
fanteulis, siue factoribus, qui aliquid de bonis Dni sui asportarent
à quibus liceat per uim auferre quidquid asportassent, et ipse
talis aliquid de bonis domum asportans, uel qui per uim possidere=
ret condemnari possit ad arbitrium Dni Vicarij qualitate furti
et conditione personarum inspecta excipimus à predictis, et quo=
libet predictorum minores annorum decem, quos in predictis puniri no=
lumus nec teneri; minores autem XIIII. annorum usque ad decem an=
nos tantum teneri uolumus, et puniri, ut fustigentur per Palatium
siue circa bailulum comunis, et quod supra dictum est de rubbatoribus, T

et

82v

Teſ furtibus in Terra Tiverne, et ejus districtu is intelligatur, et dicatur de derobantibus, et furantibus

et furantibus extra dictam terram, et eius districtu, qui res furatas, et derobatas asportauerint in dicta terra, et eius districtu, et ita dicimus in preſ=tantibus auxilium personę, et cooperationem in dictis furtis, et robbarijs, consilium uero, uel alij fauore preſtantes condemnentur in dimidia penę, in quâ principalis delinquens uenirer condemnatus, quę dimidia penę extendatur in preſtantibus consilium, auxilium, et fauorem, et in ceteris maleficijs committendis; si autem quis receptauerit, uel aſcondiderit in domo sua, uel conducta dictos predones, et fures, nec non res furatas, et predatas scienter, et dolose puniatur eadem pena quâ ex predo, et fur quę receptatio solum reus punibilis intelligatur, et habeatur post dies tres à tempore, et principio receptationis computandos, et pena pecuniaria imposita predoni siue furi rei ualoris à decem libris, usque ad quinquaginta prò secunda uice duplicetur; Prò tertia uice suspendatur per gulam, et à decem libris infra prò qualibet uice duplicetur, usque ad summam quinquaginta librarum, et non ultra, sed potius suspendatur, et si quis in itinere reperierit, et casu rem alienam, et eam aprehendiderit, et tenuerit, puniatur ut fur, et latro, postque scieuerit Patronem dictę rei, et cui restituere potuerit, quę scientia probari posset ex duos testes, et preſens capitulum intelligatur in predonibus, furibus, et latronibus, et derobatoribus, contra quos omnes, et singuli dispositio ipsius uendicet locum, et qui furatus, et depredatus uiolenter acceperit galinam, anatros, columbam, et alia similia puniatur prò quolibet, et qualibet uice in solidis ducentis, et de die solidos centum prò qualibet uice, et prò quolibet dictorum animalium, et eadem pena puniatur, qui scienter de dictis rebus furatis, et derubatis comedit.

Circa disposita in proximo precedenti capitulo omnia comprobantes deceuenerunt prò unico furto tantum cuiuscumque quantitatis existat aliquem pena ultimi suplitij ponire non posse.

Pena inducentibus falsos testes Cap.° 13.
et de laboratoribus et affictuarijs

Item statuimus quod si quis falsos testes produxerit in causa sua soluat bannum librarum ducentarum prò qualibet teste producto, et eadem pena puniatur

niatur, et condemnetur dicens, et deponens falsum testimonium, qui dnus Vica-
rius teneatur, et possit inquirere de predictis, et hoc dispositio habeat lo-
cum in illa causa que fuerit à Centum libris denariorum infra, si autem fue-
rit causa à Centum libris supra usque ad mille condemnetur in libris tri-
centis denariorum, et in quolibet dictorum casum si condemnationem non soluerit
infra decem dies à die late condemnationis stet ligatus ad catenam in
platea comunis, et postmodum fustigetur per terram quo fustigato mu-
tillactionem lingue sue patiatur. d. delinquens, et non soluens, qui sic
dicto termino ~~non~~ soluerit nichil ominus ~~nichilominus~~ teneatur ad
omne damnum, et emendam parti lese ex sua falsam depositionem, et si
quis fecerit, aut fieri mandauerit falsum Instrumentum in libris quingen-
tis denariorum condemnetur, et plus, et minus, considerata qualitate fa-
cti, et personarum conditione, quam penam si non soluerit in termino
x. dierum post latam sententiam manus sibi dextera amputetur, et Nota-
rius qui predicta falsa instrumenta scripserit amplius se rogari
non possit, et si rogauerit, vel Instrumentum fecerit non ualeat ullo iure
et qui falso Instro scienter usus fuerit vice qualibet in libris du-
centis condemnatur, et manus sua amputetur si soluere non poterit, ut
supra in dicto termino, et qui Monetam falsam fabbricauerit, uel
fabbricare fecerit comburatur igne, et qui scienter falsam monetam ex=
pendiderit condemnetur in libris tricentis, si uero quis aliquam falsi-
tatis speciem comisserit condemnetur in libris Centum, et si simpliciter per-
iurauerit, uel denegauerit onipotentem Deum eiusque matrem glorio-
sam, uel Sanctos, uel Sanctas eius, puniatur in libris quinquaginta
qualibet uice, et si quis accusauerit aliquem notarium de falsitate, et
non probauerit, in libris ducentis denariorum penitus condemnetur,
et si quis produxerit, uel proposuerit falsam accusationem, uel denun-
tiam scienter et dolosè, ea pena puniatur, que sequeretur contra illum, contra
quem fuerit legitimè probata, et si quis dixerit aliquem testem fore
falsum, uel Instrumentum, siue Testamentum, aut Codicillum in aliqua curia
Comunis Ciserne, uel coram arbitro, seu arbitratore ipsa inrequisita
consentiente, siue restituente dno, uel patrono teneatur respondere ipse
per-

83v

personę, ad quas pertinet dicta res siue uinea, si ipsa persona noluerit de fructibus inde perceptis S. medietatem, tam etiam si terra non mereretur dictam medietatem, fossataq; omnia faciat d. laborator in dictis laborerijs suis sumptibus, et expensis, tam intus podere, et uinea quam extra, et si laborator requisitus occasione fructuum dictorum rerum negauerit, se eas laborasse, siue in concordia non esse de fructib; perceptis et de quantitate ipsorum credatur, et stetur dicto, et declarationi duorum testium bonę conditionis, et famę illius contrade, qui extiment dictas res seu uineas, et deponant, et dicant secund; eorum coscentiam de quantitate, et extimatione frutuum, et nullus laborator qui retinuerit ab aliquo terram siue uineam ad medietatem frutuum, uel ad aliam partem reddendam possit se defendere ex aliqua prescriptione temporis. Ig; omni modo teneat; ad restitutionem posessionis libere locatori, seu successori suo, et ad dand; consignadum eidem debitam partem frumentum sibi expectantium, non obstante quod aliquis terminus, seu confinis foret mutatus, et laborator qui predicta non seruauerit, per Dnum Vicarium puniatur uice qualibet in pena Centum solidorum, et non possit aliquis de dictis laboratoribus, nec debeat à pedo incidere arbores, uel aliter dannificare Ig; colere suor; boni laboratoris ad penam librar; decem, et plus secund; qualitatem arbrum, et bonitatis, et teneat; in duplum emendare estimacionem arborum Patrono, uel locatori, et si dnus terrę, siue locator pendente ipsa locatione, uendiderit, seu alienauerit dictam terram, seu uineam locat; quod propterea locator uel conductor ipsius terrę, eo anno, quo uendit; est, non possit assicurare partem suam sibi condecentes de fructibus, et sic emptor teneat; stare colono siue affictuario, et intelligat; except; tum Ius ipsius laboratoris, seu affictuarij nisi expresse, et specialit; fuerit actum inter emptorem, et uenditorem, quem alienat;, et tunc remaneat ius ipsi laboratori, siue conductori quod eligant; duo extimatores unus à qualibet parte, qui debeat extimare expensas factas per laboratorem, et ius quod pertinet ad eum in fructib; dandis, et interesse ipsius laboratoribus, et si dicti duo extimatores concordi non essent, dnus Vicarius ad petita partium, uel alicuius earum

sine

sine alterius extimatoris eligat tertium extimatorem, et secundum extimationem ipsorum trium electorum, vel duorum ex eis locator, teneatur expressè reficere damna, expensas, et interesse infra quatuor dies, quae Dnus Vicarius faciat summariè observare quotiescumque ei fuerit petitum salvis tamen pactis inter partes factis, et non possit aliquis laborator sinè conductor quocumque modo rem, sive terram sibi locatam vendere, vel alienare alicui, et qui contrafecerit solvat bannum decem lib:, non obstante lapso temporis, et dicta alienatio, sive venditio non valeat, nec teneat, nec preiudicium aliquod pateat locatori, vel suis successoribus. Et officio Dni. Vicarij restituatur dicta res olim locata, et per conductorem vendita. Dno rei, vel suis successoribus, et pena solidorum viginti solvat idem locator, sive conductor, si alteri reconcesserit, sive relocaverit rem locatam, et ad affictum concessio non valeat ipso iure, salvis tamen pactis, et conventionibus inter partes, et quilibet laborator alicuius Poderis, teneatur et debeat ultimo anno quò deberet relassare dictum podere, sive terram, vel vineam in eo statu quò recepit debeat relaxare libere, et dimittere letamen, et ponere supra dictum Podere, stramum vero, et omnes paleas relaxare, et demittere debeat ultimo anno quemadmodum dictus laborator, et affictuarius reperit in ipso Podere in principio conductionis, vel allocationis, et similiter current tempora alocationis letamen contractare non possit, nec alibi ponere, nisi super dictum podere, puta si reperierit aliquas paleas, stramen relaxatum in d.o podere per alium laboratorem ita, et tantundem ipse relaxare debeat, et solutionem affictus, sive reditus locatori, et Dno. sive vini, et pecuniae teneatur laborator, et conductor reddere finito mense octobris, de alijs vero fructibus, sive grano, et blado, et similia teneatur respondere per totum mensem Augusti, et Dnus. Vicarius predicta faciat observare sumarie simpliciter, et de plano omni solennitate iuris omissa cogere predictos laboratores, et conducentes ad redendum et satisfaciendum integre Dnis sive locatoribus, et quid quid conventum fuerit inter eos teneatur laborator per se ipso, et in ipso podere animalia tenere in soccitum

Tad laborerium dederit non requisito Dno, seu locatore, et talis relocatio, et affictus

ad

ad complicentiam ipsius laboratoris; et possit d. laborator primo requi-
sito Dño, seu Locatore, quo volente dare non possit ab alio recipere,
sed ipso volente ab aliquo alio bestias, sive animalia in soccitam conduce-
re, possit ad libitum, et complacentiam ipsius laboratoris, et quilibet
laborator non subpositus iuris districtui terrę Liverne cogatur, et cogi
teneatur realiter et personaliter dare fideiussores, quod omnem quantita-
tem vini, et grani, et quoscumque fructus, sive pecunias danda, sive dat.
pro ipsum Dño sive Locatori, et observatur omnia promissa in pactis
in istrumentis, et scripturis celebratis inter ipsos dnum, et labrator,
qui fideiussores ex dictos laboratores dati pro principalibus habeantur
et contra eos executio fieri possit, et debeat quemadmodum, et sicut
contra ipsos principales, absque aliqua executione principales, et
si Dnus Vicarius fuerit negligens ad omnia predicta executioni man-
danda, incurrat in penam periurij, et condemnetur in libris XXV. pro
comuni; Addentes quod quilibet laborator qui teneret, et debeat
per viam accusationis, denunptiationis, vel exceptionis prestet fide-
iussore de dicta falsitate probanda, quod si non probaverit infra
decem dies condemnetur in libris quinquaginta denar. pro quo-
libet teste in istrumento, vel codicillo, sive testamento quem, vel quod
falsus dixerit summarie, et extraordinarie nulla solennitate
servata, et in alijs falsitatibus de similibus ad similia procedatur.

De comitentibus adulterium cum Uxore aliena Cap.o 14:

Statuimus, quod si qua mulier virum habens, vel non cum alieno viro
adulterium comisserit condemnetur in libris ducentis mulier vero non habens.
habens autem virum capite puniatur, et si quis vir uxorem habens cum mulie-
re virum non habentem adulterium comisserit puniatur in libris ducentis si ex-
tra domum ipsius mulieris in libris centum, et si vir adulterium comisserit
cum uxore aliena in libris tercentum puniatur; et si quis Virginem rapuerit

car-

carnalit. cognoscendo contra eius voluntatem, capite puniatur, et si quis Virginem ~~Virgi~~ solvere

nam potuerit libras quingentas, et congrue dotare eam, si autem eam conten-
tam cognouerit dotet eam congrue, aut accipiat in uxorem, et si in uxorem non
acceperit soluat comuni Libras Centum, et si quis virginem mulierem cogno-
scere voluerit, et attentauerit, eamque non cognouerit cum effectu con-
demnetur in Libris trecentum denariorum, et qui cognoscere voluerit nu-
ptam mulierem, et non cognouerit in Libris ducentis condemnetur, et
qui cognouerit aliquam feminam dissolutam levis condictionis per uim
condemnetur in libris centum, et si eam volens cognoscere, et non cognouerit
condemnetur in libris quinquaginta, et si quis uxoratus cum muliere al-
tera de facto matrimonium contraxerit sciens condemnetur in Libris
quingentis, si matrimonium sic contractum consumatum non fuerit, aut
consumatum fuerit per eum, capitis pena puniatur, et de predictis per ac-
cusationem factam per Patrem ipsius mulieris, vel per ipsam mulierem, vel
per Patrem Viri, vel per ipsum uirum, vel per fratrem, seu filium ipsius mulie-
ris procedi possit per dominum Vicarium, et non alio modo, et predicta
non vendicent sibi locum in meretricibus, pro quibus nulla pena im-
ponatur aliquo casu, et illa dicatur meritrix, que probari possit per
sex testes deponentes, saltim de publica fama, qui tantum sint bone
condictionis, et fame, et in quolibet casu ubi mulier commisserit
adulterium dotem perdat.

Item si quis cognouerit aliquam Virginem paris condictionis, generis, et qua-
litatis de voluntate ipsius mulieris cogatur eam ducere in uxorem
si autem esset illa mulier minoris condictionis, cogatur eam maritare
de suis proprijs bonis, si autem predicta non fecerit, condemnetur in
libris trecentis, si vero quis cognouerit aliquam mulierem Religiosam
Carnalit. in monast.o vel Loco Religioso puniatur in libris quingentis,
si vero de voluntate ipsius, condemnetur in libris tercentum, si vero atten-
tauerit cognoscere in monast.o vel loco Religioso, condemnetur in libris ducentum,
si extra monast.um et locum religiosum in libris Centum quinquag.ta puniatur,
si vero quis commisserit incestum, cum aliqua sua consanguinea, usque
in quartum gradum, vel cum aliqua comadre, condemnetur in libris

85v

XXXX, et in eadem pena immediate condemnetur ipsa commater, et consanguinea, et in predictis maleficijs commissis voluntarie ex utraque parte et quolibet ipsorum solum ad querelam denumptiam per accusam viri inquirere, et procedi possit, si Vir habet vel Patris mulieris si patrem habet, vel Avum, vel fratrem si habet, vel proximiorem suorum consanguineorum.

Quantum ad contenta super capº proximo suprascripto Reformatores statuerunt eadem pena incurrere viros adulterium comitentes, quam mulieres, et non minorem contra ius comune, augentes penam cognoscentis per vim carnaliter aliquam mulierem etiam non honestam, dummodo non publicam meretricem usque in libras ducentum in totum declarantes quoquomodo quod matrimonium de facto contrahens cum secunda vivente prima, et illam secundam publice ducens, et matrimonium consumans, pena ultimi supplicij incurrat, itaque igne comburetur et eius bona confiscentur, dummodo secunda ut supra ducens nulla habuerit iuxtam, et probabilem causam credendi primam decessisse.

Item statuerunt quod cognoscens per vim aliquam mulierem Civernensem, vel comitativam bone vite condictionis, et morum, et bone geneologie pena ultimi supplitij, et capitis naturalis amputatione puniatur, itaquod penitus moriatur, et eius anima à corpore separetur; attentans verò et iniciens manus violentans in aliquam suprascriptam condictionis mulierem quacumque de causa etiam gratia habendi illam in uxorem predicta fecerit incurrat pena librarum ducentorum denariorum si non cognouerit illam carnaliter, sin secus pena ultimi supplitij puniatur ut supra.

Pena ludentibus ad taxillos Capº 15.

Ordinamus, quod ludens ad Zardum, sive ludum taxillorum in quo denarium, vel quod comestibile, vel potabile, sive quodcumque aliud ad pecuniam largo modo sumptam reducibile perderet, vel vinceret condemnetur in libris decem, et qui scienter receptaverit ludum in domo apotheca claustro, vel loco simili, proprio, vel conducto, condemnetur in libris quinque denariorum vice qualibet, et eadem pena puniatur qui prestiterit, vel

ma-

mutuaverit pecuniam alicui ludenti ad ludum taxillorum cum amissione pecuniae mutuatae ad ludendum, et idem intelligatur in facientes racoltam, et ludentibus in Palatio Communis, in ecclesiis, et aliis locis sacris, et religionis dicta pena dupliciter, et eadem pena puniatur ludens ad cartas cuiuscumque generis ludi, et de predictis dominus Vicarius possit inquirere et procedere, et de facto dictos ludentes condemnare, et custodes celatos ponere, et deputare, quibus cum uno teste credatur. Liceat tamen cuilibet ludere ad scacchos ad triunphos, ad dictum, et ad tabularium ad ludum de ictum, et accusator habeat tertiam partem banni, et habeatur ei credentia, et nullus ludat in taberna ubi vinum venditur. Et dispositio presentis statuti extendatur ad quemlibet ludum in iure comuni expressè prohibitum, et in ludentibus ad pugnos pena solidorum centum ab eis exigatur de facto.

Pena facientibus insultum Cap. 16.

Item statuimus, quod si quis fuerit insultatus, vel agrediens personam aliquam assaliendo ipsam, et insultum faciens contra ipsam, vel currendo contra ipsum solvat bannum librarum XV. sine non cum armis evaginatis in libris XXX. et intelligatur esse insultus quando aliquis appensatè contra aliquem venerit animo iniurandi, offendendi, et insultandi, non autem quando primo venerit ad verba, et postea sequitur admenatio, sive percussio, quae eam non intelligatur insultus, nec de eo possit puniri, et si in dicto insulto insugaverit et insecutus fuerit insultus si cum armis evaginatis puniatur in libris centum denariorum, si verò insultum faciens admensaverit cum aliquo genere armorum actum ad nocendum, et non percusserit eadem pena quae insugans, et sequens puniatur, et si quis agressus fuerit aliquem in domo suae habitationis, vel apotecam propriam, vel conductam insultatus puniatur in duplam penae impositae, et habeat locum, et de insulto facto in Ecclesia, vel alio loco Religioso, et in Pala-

la-

86v

Palatio Comunis, et in ianuis castri, et custodibus ipsarum per spatium quindecim pedum manitilium circa in platea merlorum ~~...~~ In platea comunis coram dno Vicario in diebus pascalibus resurrectionis, et spiritus Sancti, in diebus dominicalibus nostris tempore et loco naptiarum aut funeris, aut in aliquo loco, ubi ius redditur, et in die ueneris, Sancti, et in festiuitatibus natiuitatis, in die Ascensionis Dni Nri in festo Corporis Xti, in festo Sti Michaelis Arcangeli de mense Maij, et septbris et in festo omnium Sanctorum, in festo S. Mariae de mense Augusti, Martij, et Septembris.

In quibus omnibus, et singulis casibus, et ceteris maleficijs penae dupliceatur dictis temporibus, et locis, et dicta pena duplicitur in eundo ad Consilium, et adunationem, uel redeundo, uel in eundo, et redeundo ad ignem, uel rumorem ignis, uel siquis offenderit aliquam mulierem sociantem aliquam donnam, uel ipsam donnam sociatam, ac etiam offendens aliquem dum sibi barba raderetur, et ab occasu solis, usque ad ortum dni tm in dictis maleficijs, et criminibus penae impositae secundum formam Statutorum non duplicentur nisi semel tantum pro quolibet crimine, et qui sociatus decem hominibus uel ab inde supra aliquem ad domum siue habitationis, uel ad potecam propriam, uel conductam insultati fuerint, praedicti in centum libris den. condemnentur, et quolibet sociorum, et sequacium ipsius in libris quinquaginta condemnetur, et cuilibet liceat ex Nicenis contracte insulto et suis consanguineis, et coniunctis usque ad quartum gradum succurrere, et trahere, ad securum insultati, et repellere, et insugare insultantes, eiusque sequaces, et socios defendere sine pena dicti insultati, cum moderamine inculpatae tutelae, et qui eodem puncto, et in uno insultu plures personas insultauerunt quot quot fuerint pro uno insulto tantum condemnetur, et qui admenauerit uno ictu cum armis, uel sine contra plures personas quodcumque sint ~~Personam~~ ^uerso^ admen^en^satione tolumodo condemnetur, et qui insultauerit, uel admenauerit, condemnetur tam de insultum uel tam de admenatione ~~puniri~~ ^[T]^ quam de tali per-

Te qui condemnatus de percussione non possit de insulto uel de admenatione puniri

percussione maior pena imponeretur, et liceat cuilibet insultato vel offenso repellere insultantem, vel offendentem, et se tueri, statim ipsa rixa durante, ac etiam ipsum offendere, et percutere ad sui defensionem, et tutelam, et eodem modo quo fuisset offensus cum armis possit se defendere, et percutere cum armis, et cum omni genere armorum, quo esset insultatus; percussus, et offensus, et illud idem liceat socijs ipsius insultati vel percussi, servato tamen moderamine inculpatę tutelę;

Item quicumque in aliqua ~~beffa~~ rixa evaginaverit cultellum, ensem, ristonem, et similia solvat qualibet vice bannum librarum quinque denariorum.

Circa statutum positum in proximo precedenti Capitulo advertentes qualiter in principio dicti Capitoli, est impositum pena librarum decem faventibus insultum sine armis etc. et in versiculo, et si in dicto insultu infugaverit etc. disponitur quod aggrediens, et fugiens aliquem sine armis puniatur eadem met pena librarum decem, et punitur simpliciter aggrediens absque eo quod fugaverit, et propterea volentes ubi est maius delictum maiorem penam statuere, decreverunt quod aggrediens sine armis, et fugans aliquem puniatur pena lib. XX. denariorum.

Item advertentes qualiter est nimis audax maleficium cum decem hominibus armatis ad domum, vel apotecam proprię habitationis alicuius gratia offendendi illum, et insultatis solum permititur virtute dicti Capitoli facere defensionem, et iniuriam propulsare, cum moderamine inculpatę tutelę, quod facere unicuique indistincte permissum fuit, et est de iuri comuni; Propterea Domini reformatores prefati statuerunt licere ut supra, et in hoc capitulo insultatis, et aggressis se tueri, et iniuriam propulsare, et vim vi repellere citra moderamen inculpatę tutelę, dummodo mors naturalis, vel membri magni debilitatio non sequatur quo casu voluerunt stare iuris Comunis decisioni.

Pena ferentibus Arma Cap.o 17

Statuimus, quod nullus de dicta Terra Citernę, vel eius Comitatu fortie, et destrictus possit, audeat, vel presumat portare ex dicta Terram

quo

quoquo modo coltellum, cultellam, uel ensem malitiosum, et acutum attum ad nocend. et offendend. et qui contrafecerit puniat. in soldis xx. denarior. prò singulis armis, et singula uice, et cum amissione armorum, quæ portauerit, quæ applicent. Vicario siue eius officiali si uero portauerit spontone clauerinam nudam ferrutum, falcione, et quolibet aliud genus armorum actum ad offendend., uel defendend. puniat. ut supra, et qui portauerit suprad.a arma oculte, puniat. in duplum supradictæ penæ, sine aliqua diminutione remissione, et gratia in totum, uel in parte, et Dnus. Vicarius teneat. facere scruptari ê d.m terram contraferentes dicta arma, et quod nullus portet dicta arma offendibilia suprad.o modo quæ arma ad defensam, si portare uoluerit de Licentia Dni. Vicarij de non offendendo aliquem, considerata qualitate, et condictione personæ petentis Licentiam, et talis cautio, et fideiussio sit ducentis Libris denariorum ad minus soluendis camerario Comunis, si reperiret. offendisse aliquem, et nichil ominus principalis delinquens condemnetur in penam secund. qualitatem delicti continente in statuto de materia Loquente Licet suus fideiussor suam penam soluerit, Liceat tamen cuilibet magistro lignaminis per dictam terram portare scurim manariam, et alia ferramenta necessaria ad magistrum artificij in eundo ad aliquid opus dictæ artis, et redeundo, considerata qualitate, et consuetudine dicti magistri, et Vicarius dictæ Terræ nemini possit concedere Licentiam aliquam dictorum armorum portandi ita offendibilia ê dictam Terram sub pena Lib: xx. denariorum prò quolibet, et qualibet uice, et sine consensu, et deliberatione DDnum. Priorum, et d. Vicarij cum fideiussione superius nominati, Liceat tm. cuilibet forensi districtuali, et Citernensi in eundo foras, et redeundo portare arma bene Ligata, et in beccatella in eundo, et redeundo per uiam rectam, et nec ubi moram faciendo donec terrigena intrauerit in eius domo, seu districtualis, et forensis intrauerit in hospitio, uel in alia domo, in quà ire uoluerit, et si in eundo, et redeundo portauerit beccatellia in dictis armis in puncta, et Ligamen in eis puniatur dicta pena uice qualibet, et prò singulis armis, et fustis debeat tm.

Et

et teneatur hospes ad cuius hospitium, siue domus fuerit hospitatus
statim dicere qd admittat dicta arma, et non portet per terram, soluat ta:
lis hospitator si hec non dixerit medietatem pene, quam soluere deberet ta:
lis forensis pro dictis armis, et dictus hospes, qui dicto forensi notificauerit
predicta probare possit cum uno teste, et suo iuramento, et etiam custo:
des portare teneatur, et debeat notificare forensibus ut tenentur hospites
alias puniantur in medietatem pene predicte quam forensis incurreret
et teneantur dicti custodes conseruare arma ipsis recomendata; si per
dicta fuerint teneantur emendare de suo proprio, et qui portauerit loricam
bracialia, guantos, et corazzinam, et alia similia armorum genera pu:
niantur supradicta pena si à Dno Vicario licentiam non impetrauerint
qui Dnus Vicarius possit licentiam eis concedere, et impune portare possint
et qui armatus fugerit ante familiam, uel aliquos Officiales Dni Vicarij per
quirentes deferentes arma puniatur de facto ad penam dupli illius pene
quam incurrerit deberet pro dilactione armorum proibitorum, et cuilibet
liceat accusare predictos, et non possit per Dnum Vicarium procedere
pro armis insraptis Videlicet coltella que essent longa una spanna, com
putato manico, que arma uolumus, et ordinamus debere esse spontata
quando esset longa oncia una ultra dictam spannam, et ab inde ultra tene
antur esse pro arma prohibita, et possit, et debeat Dnus Vicarius ad istan
tiam petentis aliquem cogi ad satis dandum sibi de non offendendo eum
hoc tamen intellecto si petens sibi caueri probauerit legitime, uel
aliqua uera prescriptione, uel per aliquas sibi minaccians illatas, uel
aliquam aliam legitimam timendam, et si etiam d. petens obtulerit alteri
caueri de non offendendo eum, et talis satis datio de facto, et omni
modo exigatur per dictum Dnum Vicarium, et dispositio presentis statuti,
proibentis arma portare inlicita non contendatur, nec habeat locum
in Prioribus, Sindico Comunis Cancellario notario plani, et eius famulo
quibus omnibus officialibus, et salariatis à comunitate Terre Cisterne
licitum sit impune arma quecumque deferre.

De uerbis iniuriosis. Cap.o 18.

Ordinamus, quod dicens uerba iniurosa contra aliquas personas si dictum uerbum iniurosum fuerit infamatorium u3 tale quod si uerum esset perueneret pungendus condemnetur in libris quinque, si dixerit traditorem, si dixerit latronem, furorem, falsario; si uero dixerit uerbum iniurosum, non tamen infamatorium, sed abominabile, scilet. becco, Rufiano birigno, tu ne menti per la gola, et similia puniantur in libris quinque prò qualibet uice prò quolibet, si dicta uerba prolata fuerint ex interuallum, et si in uno istante unum, uel plura uerba predictorum dixerit condemnetur solum in libris quinque, et si quis dixerit alicui tu me robbi soluat penam solidorum XXXX. et si quis comminatus fuerit alicui de ipsum occidendo, de robbando, [T uel si domum intrando] uel sua bona uastando condemnetur in libris decem, et quilibet possit accusare, et denuntiare, et habeat medietatem banni, et eius nomen in secretum teneatur; et dnus Vicarius teneatur ~~falem~~ talem cominantem cogere in continenti, et quod facto satisdare, et habeat arbitrium d. Vic.s de uerbis iniurosis in presenti capitulo denotatis, inquirendi, et procedendi ex suo Off.o tam uigore accusationis, et denumptiationis, quam inquisitionis formande, sive aliquis dixerit alicui uerba iniurosa leviora, et minoris importantię condemnetur prò quolibet uerbo, et qualibet uice cum temporis interuallo in solidis XX. denariorum, et quę sint uerba iniurosa et leuia, stetur arbitrio dni Vicarij, et etiam iniuras fecisse intelligatur qui posuerit, et poni fecerit cornua, uel scriptas aliquas in hostio, et apud domum alicuius, et qui talia fecerit per se, uel per alium puniatur ad querelam persone iniuriatę ~~ing~~ uice qualibet in libris quinque, et possit dnus. Vicarius condemnare quemcumque iniuriantem aliquem, et delinquentem in predictis coram eo, et suo tribunali, sine aliqua probactione, et solenitate.

De uerbis improperatorijs Cap.o 19.

Item statuimus, quod improperans alicui personę iniurias factam eidem, uel suis ascendentibus, uel descendentib;, uel consanguineis, et coniunctis, usque ad secund; et tertium gradum, uel uxori siue nuri, uel improperauerit iniuriam, seu maleficium fact; per predictis personas alicui, de quà iniurata facta non esset, condèmnet; prò qualibet uerbo improperatorio, siue dicta iniuria, aut uerba iniuriosa, et improperata fuerint ad iniuriam reuocat; uel non condemnet; usq; ad libras x; et ad proband; iniuriam improperat; sufficiat probatio duorum testium, et idem seruetur prò qualibet condemnatione re̅pro-perat;, de quà personalis pęna fuisset imposita, quę furtum, falsitatem, adulterium, uel notum alicuius Luxurię continuerit, et qui im-properauerit, et dixerit ad iniuriam, sui Patris, uel matris, et ipsum denum-ptiauerit puniat; ad uelle patris, uel matris.

De offendentib; Vicarium. Cap.o 10.

Statuimus, ne quis possit sua temeritate gaudere, si quis offendi-derit dnum. Vicarium, uel eius Officiales, et notarium, famulum, uel berrouarium puniat; hoc modo, Vid;, quod offendens Vicarium soluat comuni Libras quingentas, si offensio fuerit cum armis, si autem fuerit sine armis ad dimidiam pęnę puniatur quingentarum Librarum, si uerò quis offendiderit famulum Vicarij, soluat bannum Librarum Centum, si cum armis, si sine armis Libras quinquaginta denarior;; et qui offendiderit Officiales comunis salariatos puniatur in duplo, dum sit ipsum officium comuni exerceret, uel post occasione dicti officij, postea uerò exercitione predicti Officij, et non occasione Officij in duplo condemnetur illius pęnę, quę sibi imponeret; si offendisset personam priuatam, et si offensio predicta Vid.t sine armis saluo quod si prò executionib;, et exercitio eorum officij dicti Vicarij Notarius, siue eius fa-

mi-

milia offenderit aliquem se defendentes, et resistentes se obbedire repugnantes, et ad curiam duci se non permitentes, tunc eo casu si eum uulneraverit ad aliquam penam minime teneatur; et similiter non teneatur ad penam si predicta, uel aliqua predictorum commiserit cum aliquem in se ipsos defendendo, et si uulneravuerint tales repugnantes obbedire teneatur soluere illam penam, quam solueret Civernensis, si predicta uel aliquid predictorum commiseret contra alium Civernensem, sed si uulneravuerint aliquem exbannitum comunis in capiendo eum, et obedire, et capi se repugnantem non teneatur ad aliquam penam.

Pena offendentium Patrem. Cap.º 61.

Etiam statuimus, quod nulla persona audeat, uel presumat quoquomodo iniurias, uel offensas facere Patri, seu matri, auo, auie, aut patruo, sed eorum sanis, et utilibus caribus utilitatibus, atque consilijs obbedire teneantur; et debeant iuxta posse, contrafaciens uero debeat capi, Carcerari qualibet uice, et pro iniuria, et qualibet offensa in personas predictorum patiantur à Vicario strappatas, siue tractus Canapis quatuor in eius personam, et maiores penas ad uoluntatem, et petitionem iniuriam passi, et offensi, et in minori pena personali tamen, prout uidebitur dicto suo coniuncto in quibus, et super quibus inquirendi, et procedendi Dnus. Vicarius liberam baliam habeat, et de dicta offensa, que fuerit illata credatur, et stetur iuramento cuilibet dictarum personarum, non habeant predicta locum inter patruum, et nepotes siue filium, et fratres, inter quos questio uerteretur in curia dni. Vicarij siue extra, ipsa questione durante in quo casu, et solo iuramento patrui non credatur, nisi eidem Dno. Vicario aliud uideretur, et predicte pene locum non habeant in fratribus, et collateralibus ractione correctionis, et doctrine, nec credatur patri, uel matri, aut patruo, aut alicui de predictis personis, mente capto, stulto, uel furioso.

Pena percutientih. manu uacua Cap. 82

Statuimus, quod percutiens aliquem cum manu uacua in facie ab=
sque sanguinis effusione ingula, uel collo, et ab inde supra, uel
calce, uel alapha, condemnet. in libris uigintiquinque cum liuore, et tu=
mefactione intelligat, et sine liuore, et tumefactione condemnet.
in libris quindecim, et si cum effusione sanguinis in libris XXXXX
et percutiens aliquem in oculo, et ipsum occupauerit, uel extraxe
rit, talis delinquens condemnet. in libris tercentum, quas se non sol-
uerit, uel soluere non potuerit infra tempus unius mensis à die
condemnationis, manus cum quà delinquerit amputet., et à bra=
chio separetur, et si quis percusserit aliquem in aliqua parte cor-
poris iniuriose pugno, uel alapha, et sanguis non exiuerit condemne
tur in libris quinque denariorum cum liuore tamen, et tumefactio=
ne, et sanguis exiuerit in libris decem denariorum preterquè
ex percussione facta in pectore, et ex ore percussi sanguis exi=
uerit, condemnet. in libris XV. et si quis percusserit aliquem cum
pede dando calce in aliqua parte corporis, et maxime in fian=
co, et ab infra, usque ad genua puniat. in quinque libris, et si
ex tali percussione lesio uenerit in testiculis, maximè quod
perdaret. soluat bannum librarum XXXXX. et condemnet. in da=
mnis, expensis, et interesse medicis, et medicine, et qui iniuriosè
ceperit aliquem per capillos in libris duabus condemnet., et qui
ipsum per capillos captum, in terra cadere fecerit, in libris quinque con-
demnet., et si eundem posquam ceciderit, stragsinauerit, in libris decem
condemnet., et si iniuriosè ceperit aliquem per pannos in solidis XXX
condemnet., et si sic captus ceciderit in libris quinque condemnet.
et si eum postquam ceciderit stragsinauerit eadem pena puniatur,

et

et qui compulserit aliquem iniuriosè in solidis quatraginta condemnetur, et si in terram ceciderit in libris quinque, et si ex tali caditura sanguis exiuerit, usque ad decem libris condemnetur, et plus arbitrio Dni. Vicarij in libris uiginti, et qui iniuriosè expuerit sive aliquod turpe in faciem proiecerit in libris decem condemnetur, et in aliquibus partibus in libris quinque puniatur.

Circa super capº posito de percutientibus manu uacua omnia confirmantes statuerunt dans alapham, quae uulgo dicitur mostaciata et si sit sine sanguine incurrat pena lib: XXV. denariorum semper.

Pena percutientibus cum armis. Capº. 13.

Ordinamus, quod si aliquis aliquem percusserit armis ferreis in gula uel à gula supra, et in ipsa gula, seù collo cum sanguinis effusione in libris centum denariorum condemnetur, et si sinè effusione sanguinis in dimidia dictae penae condemnetur, si uerò extra dicta percussione in facie cicatrix fuerit remansura, aut immago apparens cum signo uituperabili, et manifesto talis percutiens in libris ducentis denariorum condemnetur, et si in dubium uerteretur utrum cicatrix, uel imago aut signum uituperabile ex percussione sit remansura, uel non, stetur, et credatur declarationi medicorum terrae Liserne, eorum iuramento fiendo, et si in dicta terra non reperiretur medici mittatur prò eis per loca conuicinoria expensis percussoris cuius declarationi de dicto dubio stari debeat, si uero ex percussione facta cum armis digitos admittatur soluat penam librarum centum denariorum, aut ipsorum debilitauerint eadem pena puniatur, et si quis inciderit auriculam alicuius in libris centum condemnetur, et qui digitum pedis inciderit, aut debilitauerit in libris quinquaginta condemnetur, et qui fecerit alicui cadere dantem cum armis soluat bannum librarum XXXXX. et si sine armis eadem pena puniatur, et qui aliquem percusserit cum lona, sive corri-

rigia, uel re similia condemnetur in dimidia pena, quà esset condemnatus si cum ligno, uel lapide aliquem sine sanguine percusserit, et liceat Dno. sive Magistro uerberare famulum, et famulas suas, et etiam maritus uxorem, et discipulas absque armis cum sanguine, uel sine, dumodo uulnus non sit atrox, sed leue, et si ex percussione facta in capite ossum fractum fuerit puniatur in libris ducentum denariorum, si uero ex una percussione plura uulnera fierent cum sanguine usque ad decem uulnera puniatur in libris quinquaginta prò quolibet uulnere, et si cum dictis armis in quacumque parte corporis infra collum cum liuore, et tumefactione sine effusione sanguinis puniatur in decem libris, et si ex aliqua percussione facta ex aliquem manus, uel membrum aliquod magagnauerit, sive debelitauerit, adeoque in futurum dictum membrum defectum, uel macchiatum remanserit puniatur in libris quingentis Comuni, et in eisdem, et totidem penis puniatur consignandis percusso prò interesse suo, et ad emendum danni passi, et si percutiens soluere non poterit comuni dictas quingentas libras, et quingentas parti lese, teneatur soluere dicte parti lese dimidiam totius pene quam soluere potuerit, et si quis percusserit aliquem cum armis à Collo infra cum sanguinis effusione puniatur in libris Centum, et sine sanguinis in libris quinquaginta et si del. cum ligno, lapide gleba, osso uaso terreo, et similibus puniatur in libris quinquaginta si cum sanguine, si sine sanguine in libris XXV.

Circa contenta in precedenti proximo Capo. Dni. Reformatores aduertentes, qualiter in dicto Capo. implicatur uarietas, et discordantia in medio, et in fine; propterea decreuerunt, quod si quis percusserit aliquem cum armis, alijsque bannito, lapide, ligno, uaso terreo, uel gleba à Collo infrà in quacumque parte corporis, si sit cum sanguinis effusione puniatur in libris quinquaginta denariorum si sinè sanguinis effusione puniatur in libris XXV. denariorum, in casu autem, quo esset facta per

cassio

cussio à Collo infra, ut supra baculo, lapide Ligno vaso ter=
reo, vel gleba puniatur ita percutiens, et offendens in dimidia pę=
nę statutę percutienti cum alijs armis respectivè singula sin=
gulis congruè referendo.

Pęna minor quatuordecim annorum Cap.o 24.

Statuimus, quod si quis minor quatuordecim annis, usquè ad duode=
cimum percusserit minorem quatuordecim annis cum armis atrociter,
puniatur in dimidia parte maioribus imponendę minores, ante dodecim
annorum, et impuberes minimè teneatur de aliquo maleficio.
Quantum ad statuta in pręmisso cap.o omnia confirmantes, decreverent
minores quatuordecim annorum pro homicidio pęna ultimi suplicij puni-
ri non posse, sed alia pęna arbitrio Dni. Vicarij statuenda, et decernen=
da secundum qualitatem delicti, et modum commissi facinoris.

Pęna percutientibus coram Vicario Cap.o 25

Item statuimus, quod commitens aliquod maleficium coram Dno. Vicario
percutiendo tam cum armis, quam sine puniatur in duplum illius pęnę quam
solvere deberet in absentia Dni. Vicarij et quod dictum est de Vicario idem
intelligatur eius notario, et Officiali, et similiter duplicitur pęna ma-
lefitij commissi de nocte, et in omnibus illis diebus, et festivitatibus,
qui positi sunt in aliquo Cap.o statuti in quibus computentur dies Pascales,
et cęteri, addimus etiam, et duplicamus pęnam maleficij commissi in per-
sonam alicuius ex Prioribus fraternitatis Stę Marię, et S. Antonij, et
commitentes maleficium in personam cuiuscumque sacerdotis, et Religio-
si moram trahentium in d.a Terra Citernę, et habitan. puniatur in duplum
pęnę, quod incurreret quam incurreret commitens maleficium in per-
sonam alterius diversę personę.

Pęna exterminantibus terras Cap.o 26.

Ordinamus, quod nulla persona cuiuscumque status, gradus, et preminentię existat audeat, uel presumat extrahere, sivè mutare aliquos terminos dè aliquibus possessionibus, et terris sinè consensu, et uoluntate uicini sui, et similiter si fixerit, uel miserit dictos terminos absquè licentia, et consensu dicti uicini, pęna contrafacienti, prò quolibet, et qualibet uice lib. XXV. et qui malitiosè se demerserit, uel occupauerit sepem, sive greppum alterius, condemnetur in libris quinque, et ad restitutionem rei in pristinum statum, et ad emendam damni.

T inter rem suam, et dicti Vicini

Si Pater tenetur prò Filio in maleficijs Cap. 27.

Etiam statuimus, quod si quis filius potestate constitutus, uel emancipatus cum patre habitans aliquid commiserit maleficium, ex quo esset pena pecuniaria petenda, siue soluenda, nec haberet unde talem penam soluere posset, cogatur Pater ad soluendum tertiam partem illius penę, quam soluere deberet filius, et similiter ad idem cogatur Auus paternus prò nepote si ipse nepos fratrem non haberet, et in residuo teneatur d. filius, et predicta omnia intelligantur si bona essent comunia, et uita communis inter predictas personas duceretur.

Circa contenta in proximo antecedenti Cap.o moderantes statuerunt; Patrem prò filio non teneri preterquam in homicidio, quò casu teneatur pater usque ad legittimam tantundem secundum facultatem, tunc temporis existentem dicti patris, dumodo Pater filio delinquenti non consenserit tacitè, uel expressè, quò casu in totam penam incurrere talem patrem uoluerit, et decreuerunt.

De corumpentibus Vicar.m et Officiales Cap.o 28.

Item, quod quicumque Dnum Vicarium, uel aliquem Officialem Comunis Terrę Liuernę, ausus fuerit, uel attentauerit corrumpere quoquò modo

do soluat comuni Libras XXV. denariorum sine aliqua detratione, et officiales, qui passi fuerint, se corrumpi dupla pena puniantur, et possit incarcerari talis corrumpens, et stare detentus ad arbitrium Dni. Vicarij.

Dè euntibus dè nocte Capo. 29.

Statuimus post sonum Campanis comunis dicte Terre, que pulsatur de sero prò custodia dicte Terre, que quando pulsatur pulsari debeat tantum, quod quisque possit redire ad domum suam, qua pulsata dentur tres retocchi ad significandum illud etiam tertium sonum post quem nulla persona ire possit per dictam terram sine lumine, nec stare possit extra domum sue habitationis quousque pulsatur Campana Ecclesie, Sancti Francisci ad laudes de mane pena solidorum decem qualibet vice, et nichilominus talis inuentus detineatur tota nocte in palatio usque ad tertias ad expectandum si aliquis conquereretur de aliqua re sibi furata, saluo quod in festo natiuitatis Dni. nri Iesu Xpti, vel eius Vigilia sit cuilibet licitum, et alijs noctibus solit. cum licentia Dni. Vicarij.

Dè maleficijs commissis inter mulieres Capo 30

Ordinamus, quod femine inter se maleficium committentes condemnentur solum in tertia parte ex tali maleficio masculo irroganda dè iure canonico, uel ciuili uel statutorum Terre Ciserne, et predicta non intelligantur, ubi pena sanguinis ~~interue~~ ueniret in irroganda, et si femina aliqua uirum absque armis, et sanguinis effusione percusserit, possit Dnus. Vicarius suo arbitrio, et uoluntate penam erogandam per legem, uel statuta mitigare, et temperare, si uero femina in armis, et sanguinis effusione masculum offenderit condemnetur totaliter, ac si masculus tale maleficium commiserit.

Dè forensib. comittentib. maleficium Cap.o 31.

Etiam statuimus, quod si quis forensis modo aliquo ex. casum mortis offenderit aliquem Civernensem in persona, uel rebus in Terra Civern., uel eius districtu, condemnet. in duplum, in quo esset condemnatus Civernensis, si aliu Civernensem offendisset, si verò forensis offenderet Civernensem ex. Curia Civern. in persona, uel rebus puniat. in dicta pena & Vicarius ipsius Terre in illiasque pena, in qua puniret. Civernensis, si offenderet forensem, et intelligat. forensis qui non habitauerit continue & XXV. annos in terra Civern., et eius Curia, et non soluerit in d.o tempore factiones reales, et personales, reseruato, quod si d. forensis promisserit, et solemniter conuenerit de habitando continue in d.a Terra, et de faciendo dictas factiones post finitos XXV. annos, nichilhominus antè, et infrà XXV. annos intelligat. Civernensis, et maxime vigore satisdationis predicte.

Dè benefi.o cofessnis pacis, et solutionis. Cap.o 33.

Item statuimus, quod quicumque accusatus, inquisitus, et denunptiatus contra quem procederet. de aliquo maleficio, uel iniuria & dnum Vicarium dicte Terre, et eius Curia, sponte confessus fuerit tale maleficium uel iniuriam in prima sua responsione, et excusatione, qua faciet in iudicio super tali processu, uel maleficij, et iniuria relaxet. tali delinquenti, et confitenti quarta pars pene, in qua venisset condemnatus secund. formam presentium Statutorum, et si pacis instrumentum produxerit relaxetur producenti alia quarta pars pene, ut infra continetur, et si suas condemnationes soluerit in termino decem dierum à die late sententie numerandorum, relaxetur eidem alia quarta pars dicte pene, ita quod ex confessione pace modo pred.o condemnatio ad quartam partem pene reducat. Et de omnib., et singulis maleficijs culpis, delictis, et excessis committendis super quibus per dnum Vicarium

rium, et eius Officiales, et curias procederet. inter discordes, et delinquentes pax fieret coram Dno Vicario quandocumque ante latam sententiam sibi relaxetur alia quarta pars suę condemnationis, in quà veniret condemnatus ex forma statutorum ut supra; Itẽ quod habens dicta tria beneficia .s. Confessionis, pacis, et solutionis infra terminos soluat, et soluere teneat. quartam partem tantũ, ejusque puniri deberet secundũ formam dictorũ statutorũ, et instrumentum pacis sit plena probatio commissi maleficij, uel delicti.

Dè obseruatione Pacis. Cap. 34.

Statuimus, quod omnes, et singulę paces, et quę fierent de aliquibus iniurijs, uel offensionibus seruent., et semper firmę maneant, et nullus audeat, uel presumat ipsas paces, uel aliquas ipsarũ frangere, seu rumpere, seu in aliquo derogare, uel contrà pacta, et promissiones modo aliquo uenire, et quilibet contractus promissionis, et pacta facta quomodolibẽ facta ualeant, et teneant; et qui frangerit, aut rumperit paces prędictas, de quà appareret publicum Instrumtũ, condemnet. in libris Centũ denar. saluis etiã pactis, et pęnis positis in promissionibꝫ Instrũ. pacis, et pax, de quà non appareret Instrumẽ, probari possit per duos testes fidedignos ad minus, et si dicta pax, de quà non apparet Instrumẽ; et probata per testes non esset adiecta aliqua pęna talis delinquens, et rumpens paces condemnet. in duplũ eius, quò condemnari deberet de maleficio commisso secundũ formas statutorũ et intelligat. pax esse fracta, seu rupta, quando injuria de quà pax foret facta improperaret., et in uituperiũ offensi renouaretur, ut quando de re aliqua fieret offensa cum armis, uel sine dum tamẽn per alia uerba iniuriosa pacem fore ruptã minimè intelligatur, et si rumpens dictas pacem non esset soluendo carceret. et intrusus remaneat, et stet m annũ suis sumptibus infra quem

ter=

terminus, seu posse dictum annus soluere non poterit banniatur et confinetur à dicta terra per dominos Priores, et Vicarius, nec non ab eius fortia, et districtu, qui redire non possit, donec soluerit dictas penas, et casu quo redierit, infortiamque comunis peruenerit amputetur à sibi quo malaficio commisit, et si dicti rumpentes pacem, et carcerati predicti modo predicto reperirentur aliqua bona stabilia in dicta terra seu eius districtu sint, et habeantur applicata comuni loco penę predictę.

Quantum ad contenta in proximo precedenti Capitulo, addentes qualiter dictum Capitulum, est dubium, et sine sensu in uersiculo = et intelligatur pacem esse facta = declarauerunt = quod quicumque offendens aliquem in actu offensionis prorumperet in properationes iniuriarum illatarum ad inuicem propter quas fuerit pax facta inter eos, uel eorum attinentes, hoc constito, et probato pax rupta, et fracta censeatur, non obstante quod allegetur, et portasse probetur noua aliqua causa propter quam nuoua offensio facta sit quas nuouas causas attendi uoluerint, costito de tali improperactione facta in actu offensionis, uel parum antea uel parum postea dumodo incontinenti. Item quatenus in fine dicti Capitoli disponitur, quod condemnatus ob factam pacem, et incarceratus, et denique confinatus, ut in dicto capitulo, si confinia non seruauerit et in fortiam comuni peruenerit, puniatur in amputatione, nec dicit cuius declarauerunt hanc talem puniri pena amputationis manus dexterę.

De benefi. Pacis non admitendo Cap. 35.

Statuimus, et ordinamus, quod in homicidio et percussionibus, in quibus manus, uel pes, uel aliud membrum assisum, et deuastatum fuerit, et in uasionibus stratarum prodimento falsitatis latronibus asassinis pax delinquenti non prosit, nec admittatur per Vicarium, et eius Curiam, et si admitteretur non ualeat ipso iure.

De precep.to facto per Dnum. Vicm con. resisten Cap. 36.

101r

Etiam statuimus, quod si quà persona rissas, uel rumores fecerit cum aliquo, uel aliquibus, possit Dnus Vicarius precipere partib. et alijs existentib. in loco risse, ut discendant de loco rumoris, uel rixe tunc statim de ipso loco recedere debeant dicte persone, que si nõ recesserint, et preceptis Dni. Vicarij non obediuerint, et de d. loco nõ recesserint carcerentur. et detineantur. diebus quatuor, et soluant bannum solidorum quatraginta prò quolibet innobediente.

Pena rumpentib. hostium, tecta, et similia Cap. 37.

Item statuimus, quod si quis iniuriosè malo animo, maloque modo rumperit hostium, murum, tectum, uel res non suas, aut tectum ascenderit condemnetur. in libris centum denariorum, saluo quod, si habitans in domo predicta esset meretrix aut male fame, et uite condemnetur. in libris XXV, et minus ad arbitrium Dni. Vicarij persona qualitate condictione inspecta, et si quis frangerit aliquem locum religiosum monialium, uel fratrum Religiosorum, et in ipsum locum intrauerint uiolenter cont. bonos mores de die, in libris ducentis denariorum condemnetur, et si infra uiginti dies non soluerit à die late condemnationis incarceretur. ex annum, et deinde donec dictas penas soluerit.

Item si quis cuiuscumque gradus, et condictionis inuentus fuerit per officialem dicte Terre Loqui cum dictis monialib. stantib. in monasterio, et domibus uel Ecclesia dicti monasteri considerata qualitate persone sine expressa licentia Dni. Vicarij, et qui contrafecerit condemnetur. in libris decem qualibet uice.

Pena uiolantium Mulieres Capo. 38.

Statuimus, quod nulla persona dè diè, uel de nocte uadat ad domum alicuius autoritate propria prò iniuria inferenda, uindicta facienda, aut igne mittendo, aut ad preliandum. ipsa domum aliquo existente

existente in ea, puniatur in libris quingentis denariorum, et ad emendam damni passi in duplum, si vero aliquis intrauerit in domo propria alterius, uel sibi conducta noturno tempore capiens res eius, maleque modo accipiens eas, uel uxorem, uel aliquem de sua familia sub rapientem, uel uiolare uolentem capere possit, et Dno Vicario denunptiare, et accusare, et assignare, et si in capiendo percusserit talem delinquentem cum sanguine, uel sine, uel sine etiam si mortuus fuerit ex tali percussione dictus percutiens in aliquo puniri, uel condamnari non debeat, et predictis stetur iuramento percutientis, quod talem delinquentem inuenerit in domo propria, uel conducta subripientem, uel attentantem, ut supra cum publica uoce, et fama contrare in qua predicta commissa fuerit, et cum duobus testibus fidedignis.

Pena impedientibus Curiam Capo. 39.

Ordinamus, quod auferens aliquem captum, qui duceretur ad curiam Dni. Vicarij per eum, uel eius familiam aut quem Dnus Vicarius, et eius familia in eorum fortiam haberent occasione alicuius maleficij condemnentur in libris centum denariorum, substineanque penam, in qua esset condemnandus, et condemnatus ille talis deremptus, uel qui duceretur in fortiam Dni. Vicarij, uel aliquem qui aliquam penam in eorum fortiam duceret.

Pena turbantib. possessionem Capo. 40

Etiam statuimus, quod turbans aliquem in eius possessionem condemnetur in libris XXV, et possessorem permittat pacifice possidere, et qui intrauerit ad laborandum terram, siue uineam alienam absque licentia Dni, condemnetur in solidis centum, et nichilominus in dicta possessione amplius intrare non debeat, et si quis laborauerit terram illam, uel possessionem, uel domum habitauerit postquam fuerit ei prohibitum, soluat penam qualibet uice solidorum centum.

105v

Pena impedientib. laborator. non laborare. Cap.o 41

Item statuimus, quod impediens, siuè contradicens alicui laboratori, ne laboret possessiones, siue terras alicuius Citernensis, quas ipse Citernensis teneret laboraret, ac possideret condemnet. in libris XXV. et si occasione illius contradictionis, et impedimenti non reperiretur laborator, qui dictas terras laboret teneat. Vicarius ad petitionem illius Citernensis mittere prosindaco illius loci, ubi dictas terras fuerit sit, ipsumque et homines dicti loci cogere ad dictas possessionem benè colend., reddendo eidem de fructibus secundum qualitatem possessionis, et more laboratorum contrade, et si in predictis essent negligentes condemnet. eorum universitas in decem libris, et ad interesse dicti Citernensis suo iuramento declarando, prout domno Vicario uidebitur, et si homines dicte Ville essent insuficientes ꝑꝑ eorum paucitates ad predicta facienda, tunc Vic.s faciat per proximiores uicini eos adiuuent ad laborand., ut pred.a effectu aliter adimpleantur.

Pena sgrottantib. possessionem alicuius Cap.o 42

Statuimus, quod siquis haberet terras, siue possessiones alicui uicini et malitiosè sgrottauerit eas, uel laborauerit taliter suas, quod terras sui uicini minauerit, teneat. totas dictas terras ruinatas emendare secund. extimationem duorum conuicinorum a partib. electorum, et nichilominus condemnet. in qualibet uice in libris quinque denar., et si sgrottauerit aliquas uias, uel limites uie publice, uel uicinalis, condemnet. prò qualibet uice in libris decem denariorum, et in emendatione danni, et facientes uarium inter possessiones suas, et possessiones uicini. VS. ab uno termino, ad alium terminum in libris decem condemnet., et quicumque laborator, arando, uel zappando

do iuxtà quocumque terminos inter ipsum, uel eius uicinum circum circa per unum pedem laborauerit, uel soppauerit, incidat in penam librarum decem denariorum.

Pena frangentib. clausuram Molendini Cap.o 43

Ordinamus, quod nullus frangeat clausuram alicuius molendini, siue in ipsam aliquod impedimentum prestet, et faciat, nec extrahat aquam de Regghia, siue clausura ipsius, uel aliquam immunditiam in ea mittat, uel proiciat, sine expressa licentia dni, sub pena solidorum Centum, et in emendatione damni dno edificij, et nullus debeat auferre cauare, atque asportare lapides de lecto fluminis iuxta dictam Clausuram ad unam Cannam, pena solidorum quinque prò quolibet salma.

Pena deriuantib. aquam p. terrã alterius Cap.o 44.

Etiam, quod nullus deriuet aquam per terram alicuius, si eam aliunde potuerit, uel debuerit deriuare, sub pena librarum Centum prò quolibet uice.

Pena impedientib. pignus, uel tenutm. Baiulis Cap.o 45.

Item statuimus, quod nullus cõtradicere audeat balitori Comunis Citerne tenutam, uel aliquid pignus sub pena solidorum XX:, et qui ab eo abstulerit pignus, siue tenutam dicto Balitori condemnetur qualibet uice in solidis quatraginta, quam penam non intelligatur incurrisse qui dixerit Ballitori uelle potius cum eo ire corã Dno Vic.o, aut saltim per totam illam diem iuerit per se ipsum, et talis ruerato, siue receptio pignoris illius, qui uoluerit ire, nec iuerit ut se credatur relationi Baiuli.

cre=

Pena offendentib; aliquem tempore rumoris. Capº 46.

Statuimus, quod persona aliquis offendens, tempore rumoris exis-
tentis causa ignis, uel igne acceso in aliqua domo posit in Terra Ci-
ternę qui iret aut rediret à domo suę habitationis, ad domu, seu locu
accensum, condemnet in ęre, et persona ad arbitriu dni Vicarij
considerata qualitate offensę, et condictione personaru, et qui extra-
xerit, seu derobauerit aliquid de domo accensa, uel alia in eiusdem
conuicinio sito, et illud non restituerit idem ad duos dies sequentes,
puniatur de furto secundu capitulu in presenti statuto denotatu,
et scriptu de furtis, et robbarijs, et omnes conuicini, et alij possint
et debeant ad ignem currere pro ipso extinguendo sine aliqua pe-
na, et etiã Carpẽtarij cu eoru armis, et securibus ire debeant ad
locu ignis ad ipsum extinguend, et debeat dnus Vicarius in prin-
cipio suę officij facere eligere in Consilio quatuor homines bonę
famę qui tempore rumoris ignis, accedant ad locu ignis, et stent
in combarbis, et iuxta domu, ubi ignis est accensus, et benè cus-
todiant, quod nemo apportet bona, et de bonis, et rebus domus, et
domoru circu circa ubi ignis est accensus.

Decreuerunt circa contenta in premisso Capº, quod furantes aliquid tem-
pore rumoris, siue incendij, si rem subtracta infra biduu non restituerit
incurrat pena duplicatam respectu penę taxatę, aliter surripienti
iuxta forma statutoru predictoru.

Pena acceptantib; Bannitos. Cap. 47.

Ordinamus, quod nullus receptare debeat in domo sua, uel suę habita-
tionis quoquo modo, seu quesito colore aliqua exbannitu, nec ei consiliu,
auxiliu, uel fauore prestare, aut cibu potu, uel bibere, et qui con-
trafecerit puniatur hoc modo, Vidz; quod receptans, uel defendens exban-
nitu contra Officiales, siue birruarios uolentes eum capi pro debitis
ci:

ciuilibus condemnetur, et obligatus sit suo creditori in quantita-
te sibi debita, et in libris XXV. condemnetur prò comuni, saluo quod
si talis exbannitus fuit condemnatus ex proditione dictę Terrę et S.
Romanę Ecclesię puniatur in eadem pęna talis receptans, et pres-
tans auxilium, qui receptans possit si uoluerit redimi à dicta
pęna personali prò libris quingentis, si eas soluerit infra mensem.

Pęna offendentibus condemnatos. Cap.o 48.

Etiam statuimus, quod offendens in ęre, et in persona aliquem condemna-
tum ob maleficium in aliqua quantitate pecuniarum post decem dies
à die latę condemnationis in nihilo teneatur si offendens maleficium
fecerit ob uendictam suę iniurię, uel suorum illatę et idem intelligatur
in occidente prò homicidio condemnato, furto, robberia, falsi-
tate, incendio causa dictę uendictę tantum, et contra dictum offen-
dentem nullo modo possit procedi, et processus contra eum factus
post factam fidem Vicario de condemnatione tali ipso iure non
ualeat; non possit tamen offendi impunè aliquis qui captus
duceretur in fortiam Curię, siue custodię, uel existente in ea,
sub pęna contrafacienti, et sic offendenti in duplum eius quod
soluere deberet, si offenderit aliquem non condemnatum.

Circa contenta in dicto proximo pręcedenti Cap.o decreuerunt con-
denatum, et Bannitum in pęna capitis, et ultimi supplicii, et in li-
bris condemnatorum Comunis Ciuernę descriptum posse impunè, of-
fendi usque ad mortem inclusiuè, nisi esset à curia defensus
non per hoc tamen permittendo descendentibus ascendentes offende- Tita condemnatos
re, et è contra in infinitum, neque agnatis agnatos usque in quartum
gradum computandi de iure Canonico.

Pęna occidentibus animalia Cap.o 49

Item statuimus, quod si quis occiderit animal alienum, scilicet

Boves, Vaccas, equus equas, mulus, mulas, asinus, asinas, bufulus, Bufu-
lam, porcus, capras, pecudes, canes, uel alias bestias puniatur hoc modo, Vid;
si dicta animalia reperta dare damnum in possessione propria, uel con-
ducta, fuerit occisa, puniatur occidens, in solidis quinque pro quoli-
bet Libra extimationis ipsius animalis in quantum ualuerit eo tempo-
re fuerit occisum, quod animal extimari debeat per duos homines ele-
ctos à Vicario qui debeant bona fide extimare alimal occisum, et qui
dictum animal interfecerit, similiter qui magagnauerit, siue ex-
cusserit eodem modo, eademque pena, ut supra, et interesse, que
passus fuerit patronus animalis occisi, uel magagnati à tempore
dicti maleficij, usque ad tempus dicte emende ipsius animalis, et
stetur iuramento patroni animalis usquè in quantitatem solidorum
XX, et à XX solidis supra stetur declarationi duorum conuicinio-
rum sue contrade, et dicimus quod si canis alienus uenerit contra
aliquem possit se defendere, et Canem occidere, defendendo se ab eo, et
si Canis alicuius interfecerit aliquas bestias dnus Canis teneatur ad
emendam, et soluat comuni pro banno qualibet uice solidos XX.
et si aliquis impulerit, siue incitauerit aliquem Canem, ad interficien-
dum, et mordendum aliquas Personas, et eas interfecerit, teneatur
ipse incitans, canes ad emendum dicte bestie, et Camerarius Comunis
pro sua condemnatione qualibet uice, et pro qualibet bestia
pro qualibet libra extimationis dicte bestie sic interfecte habeat
unum bononenum pro comuni, et qui occiderit aliquid ex dictis ani-
malibus preter Canem in alio, quod in possessione propria, uel con-
ducta, teneatur ad duplum extimationis damno passo, et ad du-
plum pene supradicte, et si ex dicta expulsione canis per ali-
quem facta, dictus Canis incitatus, et impulsus morderit aliquam
personam condemnetur in libris quinque denariorum, et nichil
ominus ad interesse damnum passo, et si non morderit solid. XX. et
hoc

hoc intelligatur de incitante, et impulente dictus Canes, qui fuerit annorum duodecim uel ultra; si uero quis aliquas bestias interfecerit, aut percusserit teneatz; si uerò bestia alicuius interfecerit bestias alienas, uel percusserit, teneatur Dnus. bestię percutientis, uel interficientis ad emendas Dnō bestię danni passi, non tn. d.s bestię percutientis, uel interficientis, si eius bestia percusserit, uel interfecerit alias se defendendo, et quę inceperit rixam. Et Dnus Canis teneatz ad emendas damnus passo datz in rebus, Vt oleo, carnibus, et similibus, et ille intelligatz Dnus Canis dantis damnus qui eum Canem allenauerit, nisi, et saluo, si offenderit talis allenans patronus d.i Canis non fuisse, nec esse tempore dati danni, et quod alteri dederit, uel uendiderit, et qui percusserit Canem, uel bracchus ad rete teneatz ad emendas damni extimati per duos bonos uiros expertos, et non ultra, nec non teneatur cōi ad penas solidorum XXXX.

Quomodo procedatz dè similibz. ad similia Cap.o 50.

Statuimus, quod si aliqua persona fecerit, uel comisserit aliquod maleficius, uel dixerit alicui aliquas iniurias, de quò, uel quià non esset ordinata pęna in presentibus statutis procedatz. contr. eam, et condemnetz. de simile ad similia ad similiando dictas pęnas magis simili matf.o cui assimilationi facte p. dnum Vicarius, et Priores Comuni stetur, et credatz; et nullatenus aliquo quesito colore infragi possit, nec anullari, imò ualeat, et teneat, ac si esset sic, et taliter determinata pęna in dictis statutis, et si simile ~~non~~ non reperiretur, tunc procedatur iure comuni statuto aliquo in contrarius non obstante, et loquente, et si per iura Comunia non reperiretz. de tali maleficio pena fuisse declarata, tunc, et eo casu procedatz; et condemnetz; delinquens ad arbitrium post fratem, et baliam Domini Vicarij.

Pena

Pena mutuantib. ad uxuram Cap. 51.

Ordinamus, ut tollatur materia fenerandi, quod nulla persona Liternen. vel habitans in Literna masculus, vel femina cuiuslibet etatis possit, vel debeat mutuari, seu prestare ad uxuram, sive meritum in Literna, vel districtu, vel alibi aliquam pecuniariam quantitatem, vel aliarum rerum alicui Liternensi, vel habitatori dicte Terre, et eius districtus ad penam XXV. Librarum den. mutuanti à XXXXX. Libris infra, et à XXXXX. supra in Libris ducentis den. condemnetur, et Dnus. Vicarius teneatur, debeat, et possit ex suo Offo. procedere contra predictos, et repertos culpabiles punire in dictis penis, et d. Dnus habeat tertiam partem condemnationis, et prescriptio sive cursus temporis obstare non possit, nec Lex aliqua in presenti volumine Statutorum Limitans tempus d. Vicario cognoscendi in Criminalib. scz. infra quantum tempus cause Criminales cognosci, et terminari debeant, sed sint omnia huiusmodi statuta, et leges suspensa in hac parte.

Pena facientib. Matrimonium con. voluntatem Patris Cap.o 52.

Item statuimus, quod nemo audeat, vel presumat Matrimonium aliquid per verba de presenti cum aliqua muliere contrahere, nec promissionis Matrimonij facere sine presentia, voluntate, et consensu Patris dicte mulieris, si patrem habet, vel Avi, si Avum habet, matris, fratris, et Patrui, sive alter ipsorum habet, et nullus notarius audeat tales promissiones matrimonij contrahere, sine Licentia, consensu, et voluntate predictorum, vel se rogare sine presentia, et consensu trium, ad minus ex consanguineis utriusque partis deficiente autoritate Patris, matris, et fratribus, et nullus testis adesse possit, nisi hec omnia, et singula fiant, et qui contravenerit matrimonium contra presentem dispositionem condemnetur in libris ducentis, et ipsam mulierem teneatur dotare de suo, secundum conditionem patris mulieris, et quantitatem Patrimonij, et Notarius contra faciens

contrafaciens condemnetur in libris quinquaginta, si uerisimi lis scientia, et notitia posset deprehendi dicti Notarij, et dispositio presentis statuti intelligat, et extendat ad contrahentes, et notarium.

Pena inobedientib. Dnum. Vicarium Cap.o 53.

Statuimus quod quicumque fuerit innobediens mandatis Dni Vicarij, et officialis, teneat soluere penam sibi imposit de facto, et permissa ex forma statutorum, et si officialis aliquis mandauerit fieri, et non posuerit penam, tunc eo casù intelligatur dicta pena esse solidorum quinque, et si non fuerit obbediens. Itm. sporratus fuerit antequam ueniat ad obbediend. puniat de facto in duobus solidis si legitimam causam non habuerit pro qualibet pontatura Itm. prò qualibet pontatura ad custodiam nocturnam, uel diurnam soluat apotatus qualibet uice solidos duos, si postea uenerit, sed si ceperit custodiam, et non uenerit, nec steterit ad locum deputatum ullo modo, tunc puniat in solid: xx. de facto sine aliqua diminuctione.

Pena ascendentib. sup. Domum alicuius Cap.o 54

Ordinamus, quod nulla persona audeat ascendere supra domum alterius sinè licentia patroni uel habitantis in ea, et qui ascenderit de die in solidis xx. sine aliqua detratione puniat, et si dè nocte pena solidorum Centum sine dimissione, saluo quod tempore ignis, et incendij sit licitum unicuique ascendere supra domos prò igne extinguendo, qui non teneat ad aliquam penam, et de predictis solid ad accusam patroni, uel habitantis procedit contra ascendentes, aut de nocte per inquisitionem possit procedere.

Quod Vic.s possit compellere partes ad pacem fiend. Cap.o 55.

Item volumus ad hoc, ut omnes rixę, et brighę cessent inter homines terrę Citernę, quę evenire possent causa alicuius inimicitię, vel alia quavis occasione, vel quę essent in futurum fiendę, quod Vicarius, et eius Officialis possint, si voluerint, compellere partes inimicatę ad pacem faciendam, vel ad dandam infrascriptam securitatem hoc modo, Vid.t; quod recipiat à qualibet parte inimicantium satisfactionem de non offendendo se ad invicem, nec offendi faciendo toto tempore sui regiminis, et plus, et minus, prout ei videbitur; habita condictione personarum, et qualitate delicti, et inimicitię.

Pęna petentib. debitum solutum. Cap.o 56.

Etiam, quod, si quis petierit debitum solutum, solvat bannum XXV. librarum den: et illi cui petierit tantum quantum petierit, et intelligatur petitum debitum, stante citatione facta per baiulum comunis, de mandato Vicarij, et per scripturam Notarij, salvo quod ad dictam penam non teneantur heredes petentis debitum solutum, nec extendatur ad actores tutores, Curatores, et fideicomissarios, si non prestiterint in petitione debiti petiti.

Quod bona condemnatorum vendant usque ad satisfactionem penarum. Cap.o 57.

Statuimus, quod bona condemnatorum, vel exbannitorum non solventium eorum condemnationes vendantur prò comuni usque ad satisfactionem condignam, quę venditio fieri debeat, et fiat per sindacum, et Camerarium comunis, vel saltem ipsa bona possideantur, et fructentur prò ipso Comuni, itaquod ipsorum redditus, et fructus in utilitatem comunis convertantur.

Dè his qui accusaverint aliquem ad aliquam Curiam quam curię Citernę Cap.o 58.

Ordi-

Ordinamus, et uolumus, quod nulla persona terre Citerne, et eius Curie audeat querelare de eo, uel denuntiare, et accusare personam aliquam, que staret in dicta Terra, uel Curia, ut proprius Citernensis, uel receptus pro Citernense ad aliquam aliam curiam, quam coram Vicario Citerne, sub pena librarum XXV, et nullus Citernensis possit aliquem Citernensem criminaliter, uel ciuiliter conuenire alibi, quam in foro Citerne, et maxime in causis secularibus, et ubi ex forma statutorum de casu aliquo conuerretur debere agitari coram Vicario, sub dicta pena, et Vicarius suo arbitrio debeat inquirere de tali malio, sicut sibi uidebitur, et etiam si talis accusatus, uel denuntiatus, uel de eo querelante, alibique dictum est accusauerit, et probauerit per duos testes uel Instrumentum publicum eum accusasse, uel fecisse fieri predicta, sicut dictum est habeat tertiam partem banni, saluo quod non teneatur ad penam predictam, qui conquereretur de aliquo suo debitore suspecto quem nequiretur conuenire in Terra Citerne, et saluo, quod inter se extra dictam Terram, uel districtum fecerint aliquid pactum, de quo non fuerit factum Instrumentum possit sub illo Judice legitime litire de illo foro, uel mercantia, et saluo si quis conquereretur de aliquo Clerico, uel Ecclesiastico, qui nollet respondere sub Judice Citernense quod non teneatur ad penam. Item quod nullus Citernensis debens recipere aliquod creditum ab aliquo Citernense, quod non teneatur, non possit iura sua, et actiones cedere, uel alio quocumque modo transferre in aliam personam, que non solueret datia, gabellas, et Collectas comuni Citerne ad penam decem librarum, et eius cessum non ualeat, et hoc locum habeat ad futura tantum, possit tamen quilibet Citernensis creditor alicuius Citernensis conuenire suum debitorem realiter, et personaliter impune in quacumque curia, dumodo, quod ubi conueniretur possideat mobilia, uel immobilia sufficientia ad dictum debitum persoluendum non obstante aliquo statuto.

Quantum ad disposita in antedicto proximo Cap.o Limitauerunt contenta in dicto Cap.o non procedere in Citernense extra Curiam

Ci-

111v

Citernę familiariter habitantes, nam iste familiaritas ità habitans, extra curias Citernense quod de iure sit cautum actorem rei forum sequi debere.

Pęna Cancellatium codemnationes Cap.o 59.

Item, quod nullus audeat cancellare aliquam condemnationem, uel deuastare de libris comunis, nisi primum soluerit bannum dictę condemnationis, et nisi cancellatum de mto dni. Vicarij, quod cancellare facere debeat habita apodisse, nam Cancellari dicente in ea talem soluisse tantam quantitatem, et si aliter cancellauerit, quam supra dictum est, soluat libras quinquaginta, et nichil ominus, qui fuerit condemnatus soluat dictam condemnationem cancellatam, nec ppa ea absoluatur nisi apparuerit solutio facta dicto Cancellario, et ille cuius condemnatio est cassa cogatur dicere, quis cancellauit, et cui pecunias dedit, et quicumque fuerit furatus aliquem librum Comunis soluat bannum librarum centum, et pro pretio in bannum Comuni remaneat donec soluerit dictam condemnationem, et nichil ominus reficiatur expensis actis, et dicimus quod Vicarius non possit aliquem librum condemnationis dimittere, nisi petente notario Cuiq, et si dictus Notarius dictos libros dimisserit dicto Vicario sine se soluat solidos quatraginta pro banno.

Pęna Priorib. Camerario proponentib. facere gratiam condemnationi Cap.o 60

Statuimus, quod Vicarius, Priores, et Camer.s non proponant in Consilio ~~pr~~ quod alicui condẽnato, uel condemnando comuni Citernę, in aliqua quantitate pecuniarum fiat, et detur aliquis terminus ad soluendum, uel quod supersidentur in exactione alicuius condemnationis, uel quod remittatur in totum, uel in partem, et si dictus Vicarius contrafecerit amictat de suo salario libras XXV, et de eorum salario Priores, et Cancellarius ammi-

mittant eorũ salariũ, et Camerarius possit retinere partẽ Vicarij prò comuni, et quicquid ordinatũ fuerit in dicto Consilio non valeat ipso iure.

Pena interficientib. gattos Capº 61

Etiã prò comuni utilitate, et comodo ordinamus, quod nullus interficiat aliquas musiculas, uel gattũ domesticũ ad penã librarum decem denariorũ, et emendet gattũ domino florenũ unũ, et quilibet possit accusare, et habeat medietatẽ banni.

Pna ementib. à famulo Capº. 62.

Ordinamus, quod nulla persona recipiat, uel recipi faciat aliquid à famulo, uel famula alicuius de Citerna, uel Curię sine licentia Dni, uel Dnę; pena contrafacienti lib: X. si extimatio fuerit à decẽ libris supra, et ab inde infra soluat libras quinque, et damnũ emendet in duplũ Dnõ, uel dominę.

Pena diuiantib. famulos Capº 63.

Item ordinamus, quod nullus retineat famulũ alteṙ si erit, siue fuerit ei contradictũ per dominũ, uel dominã, uel magistrũ ad penã solid. Centũ qualibet vice post contraditionẽ, et si diuiauerit pro se, uel prò alio soluat bannũ comuni librar. decem, et non audeat ipsum retinere uel retinere facere per aliũ, et si patronus, finito tempore, famulatus ipso famulo licentiã bonã non dederit, sed potius prohibuerit alicui volenti dictũ famulũ denuò conducere, et talis proibitio inuito famulo fierat soluat libras decem sicut deuians.

Pena Dnõ Vicario non expellendo leprosos, et morbosos de Citerna, et Curia Capº. 64.

Statuimus, quod Custodes portarũ, intrare non permittant ali-

que

142v

quem, seù aliquas leprosas, seù morbosus in terra Citernę pena cuilibet custodi solidorum quinquaginta, et qualibet uice auferenda, et dominus Vicarius teneat expellere, et expelli facere dictos leprosos, et morbosos pęna eidem Vicario librarum XXV, si fuerit negligens in ipsos expellendo, et in puniendo Custodes. ¶ uide in fine sub pag. 115

Pęna mittentib. ignem in possesionem Domo, siue Cappanna alicuius. Capo. 66.

Etiam, quod nulla persona audeat, uel pręsumat mittere ignem in aliqua domo, seù Capanna alicuius Terrę Citernę, uel eius districtu ad penas librarum quingentorum, et si aliquis miserit ignem in aliqua possessione comburendo granum, et alia blada, et palleariа alterius soluat penas librarum ducentarum, et plus, et minus arbitrio Dni. Vicarij inspecta qualitate facti, temporis, et loci, et personarum condictione, et in omnibus casibus delinquens teneat emendare damnum patienti infra annum unum à die combustionis, si petitum fuerit, elapso uerò dicto anno, et dicta emenda petita fuerint amplius pedi non possit.

Quod nulla iura, uel conuenticula fiat. Capo. 67.

Item statuimus, quod prò bono, et pacifico stato Sanctę matris Ecclesię, et hominum Terrę Citernę nulla iura, uel conuenticula compagnia, seù societas, aut setta fiat in dicta Terra, et suis pertinentijs, et si quis contrafecerit in commitendo aliquid predictorum, puniatur, et condemnetur in libris quingentis denariorum, et qui dederit consilium, auxilium, et fauorem, ut predicta fiant in libris ducentis denarum condemnetur, et predicta sibi locum uendicent ad futura tantum in quibus casibus Dnus Vicar. habeat arbitrium procedendi, et puniendi, et si negligens fuerit soluat de suo salario libras Centum.

Pena committentib. maleficium pp. quod rumor esset in Citerna Cap. 68.

Statuimus, quod si aliquis commiserit aliquod maleficium pp. qd. rumor esset in terra Citerne, itaquod Campana Comunis pulseretur ad martellum, uel Comunitas, aut maior pars ipsius uenitet ad arma, talis delinquens puniat. in duplo eius, quod condemnari deberet ex forma dictorum Statutorum. Itz. quod nullus offensus tempore alicui maleficij commissi exclamare ad arma, ad arma pena ducentum librarum, et si aliquis rumores fecerit, ex quo fieri possit tumultus in populo, ad quem traherent ultra triginta personas cum armis condemnet. in libris in ducentis denariorum.

Circa contenta in proximo precedenti Cap.o attendentes Dni. reformatores dictum Capitulum aliqualiter uariare propterea decreuerunt, quod si comittens aliquod maleficium exclamauerit ad arma, ad arma pp. quas ex clamatione currerent triginta homines armati, uel plures hoc casu ità delinquens, et exclamans puniat. in libris ducentis, nisi maleficium per eum commissum requirat maiores penas ex forma Statutorum Citernensium, et quicumque comisserit aliquod maleficium pp. quod rumor esset in populo, adeo quod Campana comunis pulsaret. ad arma, et concurrerent ultraquinquaginta homines armati ità delinquens, et pena lib. XXXXX.

Reliqua oia. Cap.a inserta in hoc sdo. uolumine Statut. causar. Crimi nalium approbantes confirmauerunt in omnib. et per omnia.

Crimi mortis Caput incurrat

Pena uastantibus uias, stradas, et pontes Cap. 69.

Ordinamus, quod quicumque de dicta Terra, et eius districtu derupit, aut deuastauerit, stratas, uias, pontes, uel fontes, siue murum in quocumque loco existente, quod talis deuastans dictam murum, uias, et pontens reficere teneat. omnibus suis sumptibus, et expensis, et reponere in pristino statu, et si fieri non posset q. reponat. in eod. statu, et loco taliter aptare, et reparare teneat. q. oio. homo possit habere habilitates suas, prout èd. Vicarium, et Priores fuerit declaratum, et nichil ominus quilibet de-

deuastans condemnetur in libris decem pro quolibet uice.

Pena capientium Columbas Cap.° 70.

Item statuimus, quod nulla persona cuiuscumque condicionis existat, audeat uel presumat in terra Citerne uel eius comitatu capere Columbas alienas domesticas, uel de Columbaio aliquo modo, uel ingenio, et qui contrafecerit soluat comuni pro banno solidos centu denariorum pro quolibet Columbo, et qui contrafecerit credatur iuramento habentibus Columbas, usque in quantitatem centu solidorum denariorum, et quod nullus possit, audeat, uel presumat balestrare, uel sagitare, uel lapide aliquo modo proicere, uel cum scoppietto trare ad columbarium pena librarum decem denariorum pro quolibet, et qualibet uice. Item quod nullus audeat, uel presumat retinere in dicta terra, uel eius comitatu in domo sua propria, uel conducta aliquem Columbum tronphium, uel columbas tronphiam pena solidorum XXXX. pro quolibet, et qualibet uice Item quod nullus tendat aiolum, pagellas, uel aliud aliquod genus retium, laccium, uel aliud artificium cum quibus caperent aliquas columbam domesticas, uel de columbario, et quicumque cum aliquo genere retium dictarum ceperit aliquas columbam domesticas, uel de columbario condemnetur in libris XXV. denariorum. Item quod nullus possit uendere, uel emere aliquas columbas domesticas, uel de Columbaro mortuas pena solidorum XX. denariorum pro quolibet et qualibet Columba, et qualibet uice. Item dicimus quod nullus possit, uel audeat de nocte eleuare columbos capiolas existentes in polario albareti, siue salceti alicuius, nec ad ipsos columbos in polario existentes balestrare sine licentia ipsius Dni. Albareti, siue salceti, uel facere fumum, uel ignem in aliquo pollaio, siue albareto, uel prope, nec ipso polario aliquam lesionem inferre, pena librarum decem denariorum pro quolibet, et qualibet

libet uice, et quilibet possit accusare, et denumptiare, et habeat medietatem banni, et eius nomen teneatur secretum, et sufficiat in quolibet dictorum casum unius testis cum iuramento accusantis, uel denumptiantis; Insuper dicimus quod nulla persona audeat, uel presumat balestrare, pallocrare ad aliquas columbas, et cum schioppetto trahere in terra Liverne, uel eius Comitatu, pena solidorum quinquaginta prò quolibet, et qualibet uice.

Pena smelantium, et deuastantium Apes Cap.° 71.

Statuimus, quod nulla persona distruat, auferat, uel smelet aliquem Cuppium, uel capsas ~~ipsum~~ Apium manualiter facta, sine licentia dni pena librarum XXV denariorum prò quolibet, et qualibet uice, et stetur iuramento accusatoris, usque in quantitatem solidorum quatraginta, et nichil ominus teneatur emendare damnum in duplum damni patienti, secundum extimationem duorum conuicinniorum, et qui esmelauerit uel deuastauerit apes existentes super aliquam arborem alienum soluat medietatem pene predicte, et semper damnum emendet patienti.

Quod Mulieres male fame expellantur Cap.° 72

Ordinamus, quod Vicarius, et quilibet Officialis de Terra Liverne teneatur, et debeat uinculo iuramenti, et pena XXV librarum denariorum expellere, et expelli facere quilibet mulieres male condictionis, et fame possi probari per quatuor testes fide dignos uicinos seu alios deponentes de pubblica fama conuicinie.

Quod nullus Calzolarius tendat pellas ad fenestras in stratis publicis. Cap.° 73.

Item statuimus, quod nullus Calzolarius, nec alia persona ponat uel, teneat ad fenestras ipsius super strata publicas aliquid corium pilosum, uel pelles alicuius animalis, nec eas ponat, uel te-

teneat in stratis puplicis in terra Citernę, pena solidorum decem denariorum, et quilibet possit accusare, et habeat medietatem banni, et nemo ponat aliquid turpe, nec faciat aliqua ferida sub dicta pena.

Quod Marescalchi non possint sanguinare bestias in stratis publicis Capo. 74.

Statuimus etiam, quod nullus marescalcus possit, nec debeat sanguinare nullum equum, uel aliud animal in stratis publicis, et in ubi comunis, neque propè portam per decem Cannas, et contrafacientes puniantur uice qualibet in solidis xx. denariorum.

Pęna euntium ad Domum alterius uiolenter, uel ignem mittentem. Capo. 75.

Ordinamus, et statuimus, quod nulla persona audeat, uel presumat in Terra Citernę, uel eius districtu ire dè die, uel de nocte autoritate sua ad domum alicuius ad preliandum ipsam domum, uel existentes in ea, uel ignem immittendum in dicta domo, uel iniuriam inferendam, et qui contrafecerit, condemnetur in quingentis libris denariorum, et plus realiter, et personaliter ad arbitrium D. Vicarij, et ad emendam dupli danni passi si uero hostium alicuius domus fregerit, uel domum alicuius uiolenter intrauerit, puniatur in Centum libris denariorum, et in medietate dictarum pęnarum associantes, uel auxilium prebentes in predictis, uel aliquo predictorum, et in casu predicto, ubi incendium factum fuerit, et condemnatus dictam condemnationem non soluerit in xv. dies à die latę sententię integraliter computandos comburatur itaque moriatur. Prouidentes insuper quod si quis inuenerit aliquem, uel aliquam personam in domo sua propria, uel conducta suspectum tempore noctis subripientem res, et res malo modo accipientem, uel uxorem aliquam de sua familia uiolantem, uel uiolare uolentem ipsam, uel ipsam capere possit, et si percusserit eam, uel eam cum sanguine, uel sine, et si mortus fuerit ex tali percussione dictus capiens, uel percutiens in aliquo puniri, uel condemnari non possit, et de predictis stetur iuramento percutientis si uoluerit iurare quod eum inuenerit in domo sua propria, uel conducta facientem, uel attentantem predicta, cum duobus testibus; uel cum publica

blica fama conprobate, et dicto unius testis de familia sua, si erit in domo, uel sufficiat publica fama, et iuramentum ipsius.

Die decima tertia Mensis ianuarij anni 1603 die Lune de mane premisso libro statutorum Criminalium finem imposui ad laudem Magni Dei.

Ego Hortentius Nicolutius Applica auc.te Notarius

¶ Quod masculinum genus conciliat Femenicum

Ordinamus, quod ad euitand. dubietates aliquorum que oriri possit intelligentia statutorum, et cuiuslibet ipsorum, quod statutum aliquid, quaternumque penale loquens, et importans expressum uerbum masculini generis, nichil ominus extendatur ad femininum genus, quod possit, et debeat comprendi in uerbo generis masculini. — — —

115v

Tabula tertij Libri Extraordinarior.

Dè imunitate maior septua^ta anni C. 1

Dè natiuitate, et morte hominu — Cap.^o 2

Dè festiuitatibus solenizandis — Cap.^o 3

Dè anibus calitrosis non tenend. — Cap.^o 4

Dè mensuris, et passettis iustis — Cap.^o 5

Dè tabernarijs, et uendentibus uinu — Cap.^o 6

Dè uendentibus Panem — Cap.^o 7

Dè uendentib. Oleu ad minutu — Cap.^o 8

Dè beccarijs siue Macellarijs — Cap.^o 9

Dè barbitonsorib. — Cap.^o 10

Pena subtrahen. lapides, ligna et alia de Carbonarijs — C. 11

Quod nullus uadat ad macinand. extra destrictu — Cap.^o 12

Dè Spetiarijs — Cap.^o 13

Dè Sartoribus Philipparijs, et farsettarijs — Cap.^o 14

Dè Tessitoribus — Cap.^o 15

Dè Stratis non cooperiendis, et clausis fiendis — Cap.^o 16

Dè lignis p alluuiones adductis — Cap.^o 17

Dè lignis in domo actandis — Cap.^o 18

Quod mulier filare possit in loco congruo — Cap.^o 19

Quod nullus incigliet Linu, seù Canapa in Citerna — Cap.^o 20

Dè porcis retinendis reclusis — Cap.^o 21

Quod nemo det ad comedendu bestijs in plateis — Cap.^o 22

Dè capris, yrcis, pecudib. non retinend. in Terra Citerne — Cap.^o 23

Dè anserib. et Anatris non retinen. in Terra Citerne — Cap.^o 24

Pena proicientibus Aquas à Fenestris — Cap.^o 26

Quod non mictat, uel proiceatur aliqua fetida in foueis — Cap.^o 25

Quod quilibet spazzare debet ante domu — Ca.^o 27

Dè reparatione Carbonerie — Cap.^o 28

Dè brusculaiolis, et Pizzicaiolis — Cap.^o 29

Dè cauinis necessarijs, siue agis actandis — Cap.^o 30

Dè orticellis non retinendis super stradas — Cap.^o 31

Dè uindemijs fiendis — Cap.^o 32

Quod qui non facit Custodia pro se pro alijs facere non possit — Cap.^o 33

Qd. nullus ingombret stradas et uias — Cap.^o 34

Dè facientib. turpitudines in fontibus, puteis, uel prope — Cap.^o 35

Dè concuruentia D. Vicarij, et Offizialiu — Ca. 36

Dè molendinarijs — Cap.^o 37

Dè arbitrio Officialiu d.d. et extraordinarioru — Cap.^o 38

Dè muris Terre Citerne non deuastandis — Cap.^o 39

Quod nullus possit piscare in flumine Subarie cu Lumine — Cap.^o 40

Dè offertis — Cap.^o 41

Dè imunitate maiorum septuag.ta annor. Cap.o 1

Statuimus Nos statuentes, quoniam senectus semper est ueneranda omni iure, quod maiores septuaginta annis, qui haberent filium, uel filios, fratrem, uel nepotem, qui essent cum eis in una familia, non mictantur ad aliquam guardiam, nec prò eis ad aliquid soluendum teneantur, et hoc probetur per sacramentum ipsius, et nulla mulier, quæ habeat filium cogat ad aliquam guardiam, nec etiam hospitari quorumlibet hospitalium, et immunitas suprascripta ad alias personas minime extendatur.

Dè Natiuitate, et morte Hominum. Cap.o 2

Item statuimus, quod in terra Citernæ expensis comunis fiat, habeat, et teneatur continuo unus Liber natalium cum assibus de Ligno cum armis d. Comunis, et sigillo communis ad omnes cartas cum num.o abacorum in quolibet foleo, qui liber sic signatus detur, et consignetur Presbitero et Rectori Ecclesiæ Santi Angeli de Citerna, uel Rectori illius Ecclesiæ, ubi erit fons batismatis, in quo quid. libro d. Presbiter, et Rector scribat omnia nomina hominum, et personarum, qui de sacro fonte lauantur in d.a Ecclesia per nomen proprium sui Patris, et Aui ad minus, et nomen domus, si esset de familiis, cum die natiuitatis ipsius, et diem batismatis, et prò elemosina ultra soluta detur scribenti usque in duos quatrenos, considerata condictione personæ, cui Libro et scriptis in eo, quo ad natala illius talis credatur in eo descriptæ in omnibus causis quò de ætate illius quereretur, et habeatur prò plena probatione, et illis deseruetur, et fides adhibeatur de morte, et die mortis illius, de quò quereretur ad librum prefatum, in quò mortui scripti sunt, et hoc Capitulum D.nus Vicarius faciat bandire quolibet semestri sub pena decem librarum.

Reformationes sup. 3.o uolu.ne Statutor. causar. extraordinariar.

Mag.ci D.D. Reformatores conprobantes omnia contenta in

116v

in primo, uel secundo caplo posito sub rubrica de natiuite, et morte hominum mandauerunt, et statuerunt, quod Sindacus Comunis Citerne teneatur, et obbligatus sit fieri facere librum batismatis, ubi in dicto Capo, et illud consegnari Rectori Ecclesie Santis Michaelis Arcangeli iuxta dispositionem dicti Capituli, sub pena ammissionis sui salarij

De festiuitatib. solennizandis Capo. 3.

Item leges diuine precepta imitantes, et obseruari uolentes, statuimus, quod nulla persona possit, et debeat laborare, nec aliquid exercitium alicuius operis, artis, uel laborerij facere, uel exercere in terra Citerne, uel eius districtu, neque someggiare cum sella, et straginare cum Bobis.

Natiuitatis Domini
Sancti Stefani
Sancti Ionnis. Euangeliste
Santorum Innocentium
Sancti Siluestri
Circumcisionis Ephifanie
Purificationis Beate Mae Virginis
Santi Mathie Apostoli
Annunciationis Beate Marie
Sanctor. Apostulor Philippi et Iacobbi.
Inuentionis Sancte Crucis
Natiuitatis S. Ionnis. Baptiste
Apostulor Petri et Pauli
Sancti Iacobbi Apostuli
Sanci Laurentij
Ascentionis Beate Marie Virginis
Sancti Angeli, et Bartolomei
Natiuitatis Sancte Marie
Sancti Mathei Apostoli

Dedicatio Sti Michelis
Apostolor. Simonis, et Iude
Festiuitatis oium. Sanctorum
Sancti Martini
Sancti Andree Apostoli
Sancte Thome Apostoli
Pascatis resurectionis Domini Nri. cum duob. dieb. sequen
Dies Pascatis Corporis Christi
Dieb. Domicalib. tottus anni
Sancti Bernardini
Santi Sebastiani, S. Rocchi

Ad penam solidorum decem saluo, et reseruato quod possit absque pena colligi, et asporrare granum, et bladum quibuscumque diebus antedictis et notatis plani per Sacramentum. ad penam librarum decem non possit concedere licentiam de predictis nec Vic. Dn. Terre, qui sit Iudex inquirendi, et puniendi delinquentes

tes, saluo, quod presens Capitulum non intelligatur in victualibus, quæ irent extra districtum prenominatum. Item in die Veneris de mense martij S.ti Joseph cuius festiuitas celebratur die XIX, et Veneris sancti non possit fieri aliquod laborerium in d.a Terra Citernæ, nec tenere apotecas apertas pro laborerium faciendum de aliqua arte sub dicta pena, in qua non incurratur euntes, et uenientes extra destrictum Citernæ cum salmis.

T Citernæ ud redire nt extra destrictum

Dè animalib. calcitrosis non tenendis Cap.o 4

Ad euitandum hominum pericula, quod omnes, et quecumque personas de Terra Citernæ, et eius Curia non audeat imò attente caueat retinere ante domum suas in loco ubi transeunt homines, et inter uulgo sit equum, equas, mulum, mulam, asinum, siue bouem, uel similia animalia, quæ sint calcitrosa, et ferocia, aut cornupetentia, et solita retinere ligata, sub pena solidorum decem, si uero percusserit soluat bannum librarum quinque, et si casu ex calce, et cornu alicuius ipsorum animalium, occisus, et interfectus fuerit aliquis soluat D.nus animalis libras quinquaginta, cuius medietas penæ applicet Comm.ti, alia uero Patri, uel matri, uel Patrui interfecti. Volentes tamen quod habentes boues cornupetentes, quod debeant, et teneantur ponerere stattetta vel omnib. alimalis taliter, quod n ferant.

Quantum ad contenta in proximo preced.ti Cap.o, quia circa finem disponitur, quod si quis occisus sit ex calce, uel cornupetitione alicuius animalis, quod D.nus talis animalis teneatur soluere penam librarum quinquaginta, cuius medietas est applicata matri, uel Patri, uel Patruo dicti interfecti, in casu uero, quo persona defuncta Patrem, aut matrem, uel Patruum non habuerit nemini constat applicatum d. penæ medietatem, propterea decreuerunt, medietatem d. penæ heredib. sic occisi applicari, et ita applicata haberi uoluerunt et mandauerunt.

Dè mensuris, et passettis iustis Cap.o 5.

117v

Statuimus etiã, ut equalantꝫ omnia fiant, et nullus defraudetur, quod quilibet venditor debeat habere menſuras ſigillatas ſigillo, et arma Comnis, et ſigillari debeant de ſex menſibus, in sex menſibꝫ, et cum ipſis menſuris, et paſſettis ſic ſigillatis perſona quelibet poſſit ponderare, et menſurare, et non alijs ullo modo, et contrafacientes puniantꝫ infraſcriptis penis, Vid.t = quilibet menſura, et qualibet vice quorũ Officiũ ad Dnum. Vicariũ ſpectet revidendi. In primis V.S. habens ad uſum menſurandi cum menſura non iuxta, puniatꝫ in ſolidis XL. et ultra menſuras scedatas, et ſigillatas ſigillo publico Comis, et ſic adiuſtatas fieri debeat apodiſsã, et Officialis electus à comuni habeat prò ſuo salario unũ quatrenũ prò menſura, quã ſigillaverit, et ſi menſura paſſetti eſſet iuxta, et non ſigillata, condemnetur prò quolibet in ſolidis XX., que paſſetta debeant taliter ſigillari, quod ſi ſigillũ capiat de cornicello, et ligno, ita quod Cornicelli non poſſint extrahi, que paſſetta ſint unius pedis Sancti Antimi, quò paſſetto menſuretꝫ panna lane colorata, et non colorata. Passetta verò quibus menſuretꝫ panna lini ſint unius pedis tabule, et unciarũ duarũ, et menſure starij, ſive semiſtarij quarti, ſive ſemiquarti ſtent, et habeantꝫ, ut in preſenti tempore eſt in dicta Terra Citerne, et qui contrafecerit, vel aliter menſuraverit puniatꝫ in ſupradicta pena, salvo ſi dolo fuerit verſatus in duplũ condemnetꝫ in ſuprad.a pena, et ſi à defectu evenisset ex pigritia ſigillatoris, tunc puniatꝫ d. Sigillator, et quilibet poſſit accuſare, et habeat tertiã partẽ banni, et Vicarius inquirere, et condemnare debeat ſummarie, et de facto iuris ordine non servetꝫ, ſub pena X. librarũ de ſuo salario, et debeat mittere ſuũ Officialẽ videndo, et perquirendo de dictis ponderibus, et menſuris.

Dè tabernarijs, et vendentibꝫ vinum Cap.º 6.

Ordinamus, et volumus, quod quilibet tabernarius, vel Vinum
vendens ad minutum debeat retinere ante domu aliqua signa, et
vinu vendere debeat cum illis mensuris, prout sibi petitu fuerit,
et mensuras dare bene plenas, et teneant dare, et vendere vinum
de illa vegete tantu, de quà vendere incepit, et non de alia ali=
qua vegete, et debeat habere apodissa gabellarij, nec aliud Vi=
nu vendere unu prò altero, seu misurare unu vinu cum alio,
nec aliqua malitias, seu fraudem committere possit, et habeat,
et teneat in loco metretu, semimetreta sive metreta, et semiquar=
tum, et sigillat. sigillo Comunis, pena solidoru x. prò quolibet con=
trafaciente, et prò qualibet vice, et nullus possit morari in ta=
berna alterius, vel ante tabernas, sive domu, ubi vinu venderet.
per longitudines unius Cannę, postquam fuerit ei prohibitum
per venditores Vini, et qui venderit vinu ad grossu, habeat Ba=
rile sigillatu cum sigillo Comunis iustum, et aredat. cu campio=
ne Comunis, et qui aliter vendiderit quam cum dictis Barilibus
sic adiustatis, et sigillatis soluat pena solidoru xx. prò qua=
libet salma, tam vendens, quam emens, et à quolibet possit ac=
cusari, et accusans habeat quarta parte banni, et habeatur ei
credentia.

De Panefaculis, et vendentib. Panem. Cap.o 7.

Item volumus, quod quelibet panefacula, seu vendens pane in
Terra Citernę, primo, et ante omnia debeat venire cora Officiale
et Vicario ad faciend. se scribere, quò nomine scripto, concedatur
ei licentia faciendi pane, et panem vendens, retineat pane in ta=
bula alba, et munda, ut panis ipse nitide perseruetur, pena solidor.
quinque qualibet vice; It. quod Officiales Abundantię teneant.
fieri facere paragone panis, q. pane vendentes ipsu vendere
debeant, prout fuerit ordinatu p. dictos Officiales, et qui contra=
fecerit puniat. in solidis quinque prò quolibet pane, et
qua-

qualibet uice non iuxti ponderis reperto, et teneatur Dominus Vicarius, et eius Officialis, qualibet ebdomada inquirere de predictis, sub pena librarum quinque de suo salario.

De uendentibus Oleum ad minutum Cap.o 8.

Statuimus, quod quilibet uolens uendere oleum in Terra Citernę, siue eius districtu, debeat primo uendere ad minutum omnibus uolentibus per unum diem integrum, et debeat habere broculum, et semibroculum, quartarolum, et semiquartarolum, quę mensurę sint adiustatę cum Campione Comunis, et sigillatę sigillo Comunis, et si quis contrafecerit soluat solidos XX., elapso tamen illo die ad grossum cum mensura illa broculis, qui teneatur, et debeat esse libris XXX. mensuris dare in supplendas mensuram de suo mensuras unas sine paga, et solutione aliqua et dictus uendens, nullas fraudes, et malitias comittat in Oleo uendito, neque uendat Oleum fetidum, et marcidum, siue de balneo, uel lampade ad penas librarum quinque qualibet uice, et quilibet possit accusare, et denuntiare, et habeat dimidias banni, et teneatur ei secretum.

De Beccarijs siue Macellarijs Cap.o 9.

Ordinamus, quod Carnifex, siue Beccarius, et quilibet dictas artes exercens teneatur, et debeat coram Vicario uenire prima ebdomada siue regimine, et in manibus eius iurare de obseruando infrapta, Vid.: quod artem suas bene, et fideliter exercebit, et omnia alia faciet, et obseruabit secundum pacta, capitula, et costitutiones, tam factas, quas fiendas cum Comte Terrę Citernę, et quod tenebit staterias, et bilancias sigillatas, cum sigillo Comunis, et cuicumque ementi dabit debitum suum, nec uendet unas Carnem pro alia, nec bestias morbosas, et fetidas uendet in dicto Castro, et quod in aliquo contrafecerit pretereundo formas suprascriptam, et tenorem Capitulorum initorum, et conuentorum inter ipsos Carnifices, seu carnes uendentes, et dicto Comunitate sub penaci auferenda pro quolibet, et qualibet uice secundum formam supradictorum.

et

et tenore in dictis Capitulis contenę et declaratę, et Dnus Vicarius te=
neatur de predictis qualibet eddomada ad minus bis inquirere, et Carnes
reponderare, et repertos culpabiles punire, prout in dictis Capitulis
continetę, et nullus Carnifex audeat excoriare aliquas bestias in Stra=
ta, ex quibus sanguis decurrat in ijs, nec aliquas sorduras, nec ali=
quas fecciem proiciat sub pena x. solidorum, reseruato, quod quilibet
possit porcos sine aliqua pena in Stratis interficere, et mundare.

De Barbitonsoribus Cap.o 10

Item volumus, quod Barbitor quilibet non audeat abradere ali=
quam personam in Terra Cisternę, uel districtu in die dominico, sue Pas=
quale, nec in alio Festo Sanctę Marię, aut alicuius Apostoli, aut Sti
Jois, seu alicuius Festiuitatis celebrandę secundum quod diximus, et prę=
cepimus superposito sub Rubrica de festiuitatibus solennizzan=
dis ad penam x. solidorum pro qualibet uice exigendę de facto pro
Comuni per Dnum. Vicarium.

Pęna subtrahentium Lapides ligna, et alia de Carbonarijs Cap.o 11.

Volumus etiam, quod nullus audeat auferre, aut asportare Lapides de
Carbonarijs seu muris Terrę Cisternę, uel ligna, uel aliquid fulci=
mentum pro opere comunis preparatę, et qui contrafecerit pena XXV.
Librarum uice qualibet puniatę, et id quod asportauerit de dictis rebus
restituat comuni predicto, et de predictis stetur iuramento accusato=
ris cum uno teste, et teneatę ei segretum.

Quod nullus uadat ad macinandę ex. destrictę Cap.o 12.

Statuimus, quod nullus de Terra Cisternę uel habitator, seu distri=
ctualis uadat ad macinandę extra districtum ad aliquod molendinum
sine Licentia Dni. Vicarij, quę Licentia appareat per bulettam apud
ipsum alligatę. & uolentem ire ad macinandę extra destrictum causa
legitima, et necessitate, et qui contrafecerit soluat bannum x. solidorum

et

et illud plus secundum ordinamenta, et decreta hinc inde fienda per comune dictæ Terræ Citernæ, vel per superiores, quæ semper observare, et executioni mandari decernimus.

De Spetiarijs. Cap.o 13.

Ordinamus etiam, quod spetialis quilibet seu artes spetieriæ exercens facere teneantur bonos cereos, et candelos absque ulla malitia, vel fraude ad penam XX. solidorum, et vendentes candelos ad minutum stare possint publice ante Ecclesias diebus festivis sine aliqua pena, et quod nullus spetiarius possit mittere in quicumque libris Ceræ ultra duas libras duas de papiro de bono bambagio novo, ad dictam penam, et dict. spetiarius debeat introitu novi Vicarij comparere coram eo ad prestandum fideiussorem idoneum de bene, et legaliter exercendo artem suam et de tenendo res bonas venales, nec fraudatas ex quibus possit ementibus aliquid periculum, et preiudicium generari sub pena solidorum XX. si dictam fideiussionem non prestiterit qualibet vice, quà requisitus fuerit, et si repertus fuerit aliquid malum, seu fraudem comisisse, vel res non aptas ad emendas tenuisse incurrat in penam qualibet vice solidorum XXXX., et Vicarius si predicta executioni non mandaverit perdat de suo salario libras quinque tempore sui Sindicatus.

De sartoribus philipparijs, et farsettarijs Cap.o 14

Item volumus, quod quilibet sartor teneatur, et debeat fideiussionem prestare de quinquaginta libris singulis sex mensibus in Curia domini Vicarij de restituendo omnes ~~personas~~ pannos sibi datos vel assignatos causa intagliandi, sive scindi, vel aliqua de causa ad eius artem pertinente, et quod ipsos pannos non pignorabit, neque vendet, aut alienabit, qui fideiussor approbetur per dominum Vicarium, et sartor, qui dictam fideiussionem non prestaret admonitus non possit per se apothecam retinere ad pe-

nam

ad penã quinque librarũ prò quolibet vice, qua apotheca
tenuerit, et illud idem teneatr̃ obseruare quilibet philipparius, li=
mator, et farsettarius admonitus teneatr̃ ad dictã penã, et etiã si aliquis
eorũ discipulus non restauret, uel pignoraret aliquã rem alicui pꝰ
sone pertinentr̃ ad eius exercitiũ, uel artem eorũ, et dictis sartoribus
philipparis, et farsettaris redatus sibi ius summarie, et de plano sine stre=
pitu, et figura Judicij quando petierint eorũ mercedẽ quib. liceat
si solutũ sibi ipsis non fuerit à patronẽ laborerij facti, post dies
octo, à die requisitionis facere computandũ; pignorare cuicumq;
possint solũ prò mercede sibi tangente prò suo manifactura, et
idem dicatur in similibus artificibus. Itẽ calzolaris, et fabris in
omnib., et pꝰ omnia sicut, et prout continetr̃ in presenti Capitolo,
siue statuto, et teneantr̃ dicti artifices, et magri, atq; debeat om=
nes res, quę fuerint portata per aliquẽ in uestitũ pannũ lanũ,
uel linũ, ferrũ, acciarium, et similia laborari prò competenti merce=
de, nec recusare secundũ consuetudinẽ dictę Terrę, et quod omnia labo=
reria dictis artificibus portata teneantr̃ facere ad dictã penam
saltem in termino quindecĩ dierũ, quę laboreria sint bene facta, et
non deuastata maxime sartores, et farsettarijs, qui teneantr̃ ad
duplũ emendę operis deuastatę, et ad penã solidorũ XXXX prò
suo delicto, et si Vicarius omnia supradta non mandauerit execu=
tioni, siue penã incursã non exigerit soluat de suo salario eam=
dem penã Comnĩ. et patrono operis emendet ut dictũ est.

Circa ordinata, et statuta in Capo 13, e 14: declarauerunt fideiussio=
rem, siue satisfactionẽ eẽ prestandã, ut in do Capo ab illis vt artifi=
cib.; quibus res alienę creduntr̃; qui in curiã Civernensi non possideant
immobilia ascendentia ad ualorẽ sta florenorũ aliàs uerò minime
astringi uoluerunt ad fideiussionẽ prestandã. Addentes quod terri
taxati ad perficiendũ opus habeant attendi, et obseruari, et pari
modo precia ibidẽ taxata, nisi secũ conuentũ sit inter partes quò

casu

quo casu pacto stari voluerunt, cum sit vulgata regula ex conventione partium contractus conventionem accipere, et legem. Cetera capitula posita in hoc tertio volumine approbarunt, et confirmarunt.

De tessitoribus Cap.o 15.

Statuimus, quod omnes tessitores, qui fuerint, et artes exercuerint in terra Citernæ, teneantur, et debeant prestare idoneas fideiussiones ad arbitrium Dni. Vicarij debere fideliter, et legaliter exercendo artes suas, et nullas fraudes, vel dolum committere et debeant, et teneant cuicumque volenti servire, et laborerium facere, nec recusare, et prò eorum servitio, et laborerio sit eorum salarium, et mercedes hoc modo, Vid.t, Prò quolibet brachio panni comunis, et larghi tramatis de lino, vel de stoppa habeat, et habere debeat quatrenos quatuor, et prò quolibet brachio panni stretti usque ad decem legata prò quolibet brachio habeat quatrenos tres, sive tramatus fuerit de lino, vel de stoppa, et prò quolibet brachio panni subtilis stretti, et orditi de lino habeat quatrenos sex, et prò quolibet brachio panni subtilis larghi tramati, et orditi de lino quatrenos septem, et prò quolibet brachio panni grossi tramati, et orditi de stoppa duodecim denarios prò quolibet brachio. Item prò quolibet brachio tobaleæ vogge quatrenos quinque.

De stratis non coopriendis, et clausis fiendis Cap.o 16

Ad hoc, ut Terra Civernæ maiori pulcritudine decoretur, et habitantes in ea salubrius vivere possint, ordinamus, et volumus hac presenti lege firmam. quod nullus audeat cooprire aliquas vias, seu stratas infra muros terræ, solario, vel tecto, seu domus, nisi usque ad duos pedes, itaque strata remaneat libera ad

ve-

penam x. librarum, et uias in primum statum reducat, et Officiales debeant fieri facere nouas claucas, et reactari facere antiquas, et ampliari, ed delungari, et etiam manuteneri faciat stratas dictæ Terræ à dictis personis prout dicto Officiali uidebitur opportunum, et possint fieri ad prædicta illi superstites, prout Dño. Vicario et prioribus uidebitur, et quælibet persona teneatur obedire in prædictis dicto Officiali, et ad prædicta omnia, et singula fienda habeat ipse Vicarius plenum arbitrium condemnandi inobedientes usque ad quantitatem xx. solidorum pro quolibet præcepto.

Dè lignis per alluuionem adductis. Cap 17

Ordinamus, quod si quis ceperit aliquod lignum, quod uadat per aliquod flumen occasione pluuiæ, uel alluuionis habeat tertiam partem illius Ligni, quod reperit, saluo, et reseruato, quod si Dnus, uel patronus Ligni, uel eius familia, persequeretur, debeat totum rehabere, et si quod lignum imponeretur in terram alterius, infra quinque dies d. uel patronus terræ auferre non possit, et si infra d. tempus non apparuerit aliquis Dnus Ligni, ex tunc Dnus terræ possit lignum accipere totum.

Dè lignis in domo actandis. Cap.o 18.

Item uolumus, quod quicumque habuerit domum iuxta domum sui uicini, et ligna essent in dictis domibus comunia, uel non teneatur taliter actare suam domum, quod damnum aliquod non inferant, seu prestent conuicinio, et hoc Vicarius facere teneatur omni solenitate obmissa et qui non actauerit in termino eidem dato soluat solidos xx. qualibet uice, et nichil ominus prædicta facere teneatur.

Quod Mulier filare possit in loco congruo. Cap.o 19.

Volumus, quod nulla mulier debeat, et possit filare propè fontem, neque ad fornum, neque in tabernis, neque propè locum, ubi Carnes uendentur sub pena quinque solidorum duorum qualibet uice.

Quod nullus incigliet in Citerna linum, seù canapam. Capo. 20

Statuimus, quod nulla persona audeat, uel presumat incigliare linum, seù Canapam intus in terra Citernę, neque propè portas ips. Citernę sub pena solid. xx. qualiter uice super quib. Vicarius dc. Terrę possit procedere ex suo Off.o, et quilibet possit accusare, et teneat. secretum, et habeat tertiam partem banni.

Dè Porcis retinendis reclusis. Capo. 21.

Qui etiam ordinamus, quod nulla persona audeat, uel presumat dimictere suos Porcos ire per terram Citernę ullo tempore sub pena solid. LX. prò qualibet uice, et qualibet porco, et porca, liceat tamen tenere ante domum suam causa comedendi, et etiam liceat ducere ad aquam sine pena, et ds. Vicarius teneat. de predictis inquirere, et condemnare de facto sub pena xxxx. solidorum de suo salario retinendorum, et quod nullus audeat retinere intus in dicta Terra ultrà unum porcum prò qualibet familia, sub pena quinque librar. et amissione porci; Itẽ cuilibet liceat interficere porcum inuentum in domo dannum dantem sine pena, et sic mortuus restituat. Dnõ, et hoc intelligatur de porcis tantum.

Qd. nemo det ad comedend. bestijs in plateijs. Capo. 22.

Etiam uolumus, quod nulla persona audeat dare ad comedend. in plateis, uel uijs, et stratis in terra Citernę, nec eos permittat hospitari in dictis plateis, et stratis, neque flebotomari, ad penam solidorum solidorum X. prò qualibet bestia, et qualibet uice.

De Capris, jrcis, Pecudib. non retinen. in terra Citerna Cap.o 23.

Item statuimus, quod nulla persona audeat retinere, neque ducere in terra Citernę aliquas Capras, jrcos, et pecudes ad pęnā librarū quinque prò qualibet Bestia, et qualibet uice; liceat tamen Carnificibus, siue beccarijs ducere dictas Bestias intra muros dictę Terrę, et n. per stratas, neque uias, dumodo ipsas bestias retineant in stabulis reclusas, sub pena X. solidorū prò qualibet Bestia, et qualibet uice, et Dm.us Vicarius teneatur de predictis perquirere, et repertos contrafacientes condemnare in dictis pęnis, sub pęna eid. Vicario librarū XXV. si negligens fuerit in predictorū executione.

De anserib. et Anatris non retinen. in terra Citernę Cap.o 24.

Statuimus, et uolumus, quod nulla persona de dicta Terra Citernę audeat retinere Anseres, et Anatres in dicta Terra, saluo, quod si aliquis uellet eas ritinere reclusas possit et qui contrafecerit soluat bannū solidorū quinque prò qualibet Ansere, uel Anatrē, et qualibet uice.

Quod non mictat. uel proiciat. aliqua fetida in foueis. Cap.o 25

Item uolumus, quod nulla persona audeat proicere aliquam bestiam mortuam, siue rem fetidam in foueis dictę Terrę, nec infrà muros aliquam sorruras facere, uel Liramen tenere, uel in platea, ~~neque~~, neque super muros, neque in stratis publibis, nec Linū mittere ad macerandū in foueis dictę Terrę, nec coramen lauare in dictis foueis, et qui contrafecerit soluat bannum solidorum XX. prò qualibet, et qualibet uice, et quilibet possit accusare, et habeat tertiam partem banni, et teneatur ei secretum, et credentiam, nec liceat alicui apperire fossa comunis ex quà aqua exiat. pena librarū decem contrafacienti.

Pęna

Pena proicientibus aquam à fenestris Capº 26.

Ordinamus, quod nulla persona audeat, vel presumat proicere aliquam aquam à fenestris, seu imunditiam, vel bruturas, vel ad balconem, vel alio altero loco, vel feciem, vel aliam turpitudinem in stratis, et viis publicis, et etiam infrà muros pena solidorum quinque, prò quolibet, et qualibet vice, et dictas immunditias statim eleuare teneatur, liceat tamen cuilibet ad eius hostium prò aliqua opportunitate ante domum proicere aquas non fetidas, liceat turbidam absque pena.

Quod quilibet spazzare debeat ante Domum Cap. 27

Etiam, quod quelibet persona Citernensis, et habitatrix in dª Terra teneatur quolibet sabato de sero, et in vigilijs festiuitatum solemnium spazzare, seu spazzare facere, et omnes immonditias eleuare ante domum suam, et sue habitationis, sub pena solidorum x. prò qualibet vice, et Officialis quolibet die dominico, vel festiuo de mane, teneatur ire per dictam terram, et culpabiles repertos punire in dicta terra, et predicta obseruantur; debeat Officialis facere publice banniri dicta statutorum quolibet die sabato, in vesperis, vel post, et alijs vigilijs dictarum festiuitatum.

Dè reparatione carbonerie Capº 28

Item perpendentes deformitatem terre Citerne, que propter ruinam murorum posset accidere, statuimus, quod Officialis, et Vicarius curent super reparatione carbonerie dicte terre circum circa nè muros corruant ex ruina Carbonerie supradicte, et sic faciat Vicarius, et proponat in Consilio, et quidquid in dicto Consilio detentum fuerit executioni mandet.

De Brusculajolis, et Pizzicaiolis. Capº 29.

Statuimus, quod Piricaioli, uel piricagnoli sint masculi, uel feminæ, uel alia aliqua persona non emat, nec emi faciat causa reuendendi in terra Citernæ infra milliare ~~de mane~~ antè uesperas in aliquib. diebus V. S. Capones, pullos, seu aliquid genus pullorum, seu Columborum, uel pipionum, starnas, qualias, uel aliquos alios aues, Lepores, uel alia animalia siluestra, ædos, agnes, pisces oua, Caseum, et alia similia, et quod nullus de prędictis debeat dicere alicui, nec dici facere, quod teneas dictas res prò se, uel prò alijs, usque ad uesperas, uel permittere aliquod precium pro ipsis, et qui contrafecerit in Centum solidorum puniatur qualibet uice.

De cauinis necessarijs, siue agis actandis. Cap.° 30

Ordinamus, quod quicumque Cauinas haberet, quæ exitum habeat in aliquas uiam publicas in terra Citernæ, eas actet, coperiat, et mundet ita ut, et taliter, quod putredo aliqua non exeat in uias publicam, siue fetor, sub pena solidorum xxxx. It. quodcumque agiamentum, siue necessarium, uel sciaquatorum, siue clauca haberet debeat eos coprire, et aconciare ità, et taliter, quod bructura uideri non possit de stratis, uel uijs, siuè anditis ad petitionem cuiuslibet petentis, ac etiam si per aliquem petitum non esset, et sticcata, uel infrà muros quilibet post domum suam, uel suę habitationis teneat. tenet. anditum amplum, et planum sine aliqua turpitudine, et litamine, et sine aliquo impedimento, dumodo quod anditus in eundo, et redeundo sit Liber expeditus, et nectus, et qui contrafecerit puniat. de facto in Libris quinque quolibet uice et Dnus. Vicarius uinculo Juramenti teneat. inquirere de prædictis, et procedere sub pena Libr. xxv. de suo salario.

Dè Orticellis non retinen. super stradas Cap.° 31

Item uolumus, quod Orticelli, et testa terrenum, uel coccium, aut similes, si intermedium non habeat super quò cadat inter locum, et uiam, ubi sunt, nullus teneat pena solidorum xx. uice qualibet,

et

et prò quolibet precepto sibi facto per Officiales, et qui haberet, eleuare debeat ipsum infrà terminum bannimenti facti per Officiales in princio sui Officij sub dicta pena.

De uindemijs fiendis Cap.o 32.

Nos Statuarij hac presenti lege uolumus, et ordinamus, quod Vindemia inter homines, et per homines Terre Liverne, et eius districtum intelligatur, et sit duratura à Kalendis Octobris usque, et per totum dictum mensem, et non ante, et sic nullus audeat, uel presumat accedere ad uineas, et ibi colligere uuas, quibus faciat Vinum, uel raspeciam, uel agrestum, et qui contrafecerit incurrat penam Librarum quinque prò qualibet uice, et Dnus. Vicarius presens capitulum faciat semel banniri publicè de mense Julij sub pena de suo salario retinenda Liceat tamen cuilibet Dnō habita licentia ab Officiale ire ad suas uineas, seu possessiones, et ibi colligere uuas agrestas quantum uoluerit sine pena.

Qd qui non facit custodiam prò se prò alio facere non possit Cap.o 33.

Etiam, quod, qui non facit, seu faciet custodias in dicta Terra prò se ipso, non possit, nec debeat prò alio facere, sub pena x. solidorum prò qualibet uice.

Quod nullus ingombret stratas, et uias Cap.o 34.

Statuimus, quod nullus teneat in Stratis, et uijs publicis, et plateis in castro Liverne, Ligna, Lapides, Litamen, renam, Calcinas, et similia ultra, et per spatium XXV. dierum, Litamen uerò ultra duos dies, et qui contrafecerit soluat bannum solidorum quinquaginta prò quolibet, et qualibet uice, qui steterit in mora; prò Litamine uerò solidorum XX. quo in mora steterit

De concurrentia Dnī Vicarij Cap.o 36.

Item uolumus, et hac lege ordinamus, ne delicta ob negligentia Officialis forte ueniant impunita, quod in omnibus, et singulis casib. in ordinamentis factis, seù fiendis in presenti uolumine statutorj in libro tamen extraordinariorum appellato, et intus terras accidentibus, Vicarius, siue eius Officialis, nec non Officialis plani, et dannorum datorum, sint iudices inquirentes, et de causis ipsis cognoscentes, tum tamen Officialis inuentoris melior sit conditio, et preuentio locus habeat inter ipsos, et aliter se non impediant, sub pena alicui eorum contrafacienti librarum x. uice qualibet, et quolibet casu.

Dè facientib. tupitudinem in fontibus, puteis, uel prope Cap.o 36.

Ordinamus, quod si aliquis fecerit aliquas turpitudines in fontibus, puteis, ul. Cisternis existentibus in dicta terra, uel eius districtu, uel prope ipsos per octo pedes, uel lauaueris pannos, olera, herbas, uel lanqueas, aut barilia, seù miserit ad stagnandum, uel aliquid aliud turpe imiserit, uel fecerit puniatur in solidis xx. de facto prò qualibet uice, et si quis proiecerit in dictis fontib. puteis, et Cisternis aliquas rem fetidas de facto in libris quinque, et quilibet possit acusare, et teneatur ei credentias, et habeat medietatem pene predicte.

Dè Molendinarijs Cap.o 37

Item statuimus, quod omnes Molendinarij de Castro Citerne debeant habere minam, et coppas sedatas ad mensuras Comunis pena solidorum xx. prò quolibet, et qualibet uice, et de quolibet stario grani non possit accipere ultra mediam coppam prò macinatura, et eorum mercede que mina, et coppa debeant sedari quolibet semestre in aduentum dni. Vicarij sub dicta pena, et coppa, et coppa sit magnitudinis ad xx. copparum prò stario, et quod coppe molindariorum culme, sint capacitatis coppe comunis iuxte, in se, et alijs uti non possint pena solidorum quatraginta qualibet uice contra

tra

facienti, et retinere debeant coppas alligatam tramoggie conti=
nuè, et si dictus molendinarius portaret dictum granum cum suis bestijs,
et reportaret farinas Dño, à quò accepit granum ad molend., accipiat,
et accipere debeat prò sua mercede libras quinque prò quolibet Cen=
tenario, et non plus, et teneat. d. molendinarius portare continuò Sta=
deram, cum quà ponderet granum, et farinas macinantib., et contrafacien=
te, et plus auferente incidatur in penas librarum IIII. qualibet vice
contrafaciente prò Comuni, et in predictis, et circa predicta, liceat
et possit procedere & Officialem damni dati, et ad penas cogere con=
trafacientes, et quod molendinarius teneat. menare rasinas Coppe
quando tollit granum prò molenda, et non possit scollare Coppas
ullo modo, pena librarum decem contrafacienti.

Dè arbitrio Offitiorum. dd. et extraordinariorum. Cap.o 38.

Ordinamus, quod in Officio Officialium d.d. teneant. et obbiga=
gati sint procedere contra delinquentes, et contrafacientes in extraor=
dinarijs intus in terra Citerne, et extrà, et penas exigere prout, et sicut
facere potest Officialis Dni. Vicarij, et quod per presens statutum autori=
tas non minuatur Officiali Dni. Vicarij, et presertim teneat. inqui=
rere contrà dantes malum pondus, et mensuras, et generalit. in
omnibus alijs casibus contrafacien., et Vicarius teneat. ei prestare
favorem, et cogere ad soluend. penas per dictum Officialem d.d. accu=
satos pena librarum decem de suo salario retinendarum prò ~~eventum~~
Comunis, et in statutis extraordinariorum contentis, et eo modo intel=
ligatur prò Officiali d.d., prout loquitur de Officiali d. Vicarij.

T sub penis ap=
plicationis in
Capitulis vendi=
tionum Proven=
tuum Comunis

Dè muris terre Citerne non deuastan. Cap. 39.

Item statuimus, quod nulla persona audeat, uel presumat destrue=
re, uel rumpere muros terre Citerne, et casellas, et pontes, nec in
eis

eis aliquam lesionem facere, nec lauatorio, uel fonte, giuncheti, uel poggetti in aliquo molestare, uel diuastare, et qui contrafecerit soluat Comuni pro banno libras XXV. denar., et nichilominus tene=atur illud quod deuastauerit suis expensis reactare.

Quod nullus possit piscare in flumine Subarie cum lumine Cap.º 40

Statuerunt dicti Statuentes, quod nullus tam terrigena, quam forensis cuiuscumque gradus, et condictionis existat, audeat, uel presumat pis=cari in flumine Subarię nocturno tempore in territorio Citernę cum lumine, uel fiaccolis, sub pena librarum decem, et liceat omnibus accusare, et teneatur ei credentia, cuius pena tertia parte sit ac=cusatoris, tertia Comunis Citernę, et alia tertia Officiali executio=nem facienti.

De Offertis Cap.º 41

Quia secundum Augustinum elemosinam elargiri Paradisum est que=rere, et per elimosinam aquiritur omnia, et cuiuscumque corpus, et Ciuitas, siue locus de bono in melius augumentatur, id circo prouisum est, quod elemosinę fiant infrascriptis locis de auerè, et pecunia Comunis Citernę per Camerarium Comunis pecuniarum, qui tempore fue=rit in Off.º, et dentur, et soluantur temporibus, et locis infrascriptis, et non aliter, nec alio modo, nisi per Consilium primo obtentum fue=rit.

In primis soluantur Ecclesię Sancti Antonij de Citerna die decima septima Januarij bononenos XXIIII. pro offerta.

Item in festo Sancti Sebastiani soluantur Ecclesię Santi Angeli die XXV. Januarij bononenos XXIIII.

In festo S. Jacobi in dicta Ecclesia Santi Angeli die 25 Julij bo=nonenos XXIIII.

In festo Sancti Bernardini in Ecclesia Sancti Francisci die 24 Ma=ij bononenos XXIIII.

In festo Sancti Angeli die 29. Septembris dictę Ecclesię soluantur

bo:

bononenos XXIIII.
Prò offerta Ecclesię Sancti Francisci die 4 Octobris, soluant. bononenos XXIIII. Prò offerta eius festiuitatis Ecclesię S. Angeli die 13. decembris soluant. bononenos XXIIII.
In festo Sanctę Lucię } soluantur florenos duos Eccl. S. Francisci
in festo Corporis Xpti } hac tamen condictione apposita quod
Rectores dictarum Ecclesiarum teneant. recordare Dnis Prioribus et Camerario Comuis. dictas offertas tempore dictarum festiuitatum.

Ad laudem omnipotentis Dei, eiusq.
Matris semper Virginis Marię et
Beati Diui Francisci, huic premisso libro extraordinariorum
scribendi fine imposui
die uigesima septima
ianuarij anni
1603.
Ego Hortentius Nicolutius Not.s

Tabula super gabella Carnium et contractuum

De gabella contractuum Cap.o I
De gabella carnium Cap.o 2
De gabella Vini Cap.o 3
De iure reddend. gabellaris Cap. 4
De gabella passagij Cap. 5

Nos Statuentes prouidemus, et ordinamus, quod deinceps in d.o Comuni Citerne sint, et esse intelligantur posite, et ordinate infrascripte gabelle, redditus, et prouentus exigendi pro dicto comuni infrascriptis modis, et formis, Vid: et primo de gabellis contractuum incipiendo.

De gabella contractuum Cap.o I

In primis Statuimus, quod omnes, et singuli de Terra Citerne et eius Curia, et districtu, nec non, et aliunde, qui imposterum emerit, et uendiderit aliqua bona immobilia posita, et existentia in dicta Terra, uel Curia, et districtu soluant, et soluere debeant et teneatur nomine gabelle dicte uenditionis, et emptionis camerario dicti comunis, uel habenti iura, et ipsius comunis de predictis tam emens, quam uendens solidos duos pro qualibet floreno ad ractionem librarum quatuor pro floreno pro qualibet parte medietatem infra xx. dies a die celebrati contractus, et si contrahentes predicti non assignauerint, seu denunziauerint infra x. dies a die celebrati Contractus numerandos d.o Camerario uel habenti iura ipsius gabelle incidant in penam, quam soluant denariorum duodecim pro quolibet denario, Pro quibus omnibus, et singulis scriptis, nec non infrascriptis capitolis semper terrigena teneatur, et cogi possit pro forense dicta gabellam non soluentem, et etiam qui donauerint, uel alienauerint, uel permuta-

ta-

126v

mutauerint quo quo modo soluant, et soluere teneant dictas gabellas, et ad supradictam penas incidant contrahentes, si non denuntiauerint in termino supradicto, et teneant gabellarius scribere in suo libro, quando partes assignant districta ponere dies mensem annum, et duos testes, cui libro detur plena fides.

Item omnes, et singuli, qui confessi fuerint, uel receperint nomine dotis, uel in dotem aliquam quantitatem pecuniarum, uel bona existimata soluant, et soluere teneant dicto Camerario, uel habenti iura ab ipso Comuni nomine gabellę dictę dotis infra XX. dies à die consumationis matrimonij solidum unum, et denarios quatuor prò quolibet floreno quantitatis dictę dotis sub pena denariorum XII. prò quolibet denario, et si non denuntiauerit in d.o termino et si receperit in dotem bona non extimata soluere teneatur eadem gabellam infra dictos XX. dies infrà quos petere debeant dicta bona extimari per extimatores comunis sint autem extimentur ad requisitionem Comunis, uel habentes iura ab eo dè restitutione autem dotium, nullatenus quis teneatur ad solutionem gabellę, et soluant den. X. prò quolibet den. nomine penę modo prędicto, si non notificauerint in termineo prędictum ultra ueras gabellas, ac predictę res, et qualibet ipsarum intelligantur; et habeat etiam in illis ant locum in illis personis, quę habitarent in Citerna, uel eius districtu, qui acciperent in Uxorem aliquam ex terras Citernę, et eius districtu, donec, et quousque ipsam conduceret ad ipsam terram Citernę, et eius districtu, et locum habeat, et intelligatur in illis personis, quę de terra Citernę, et eius districtu mandarent aliquam feminam extrà terram, et eius districtum, quę gabella peti possit cum effectu tempore matrimonij, et si quantitas dotium non esset certa, et declarata, et declaratio ipsarum contingerit alicui personę, quę, non delararet ipsam dotem infra terminum quindecim dierum à die matrimonij, dos ipsa possit, et debeat declarari per extimatores comunis, atque difinitores, considerare

Tac etiam in illis ant personis qui habitarent in Citerna uel eius districtu

derata condictione personarum illorum, qui contraherent matrimonium, quæ declaratio intelligatur, et habeat locum ad solutionem gabellæ tantum, quod si dos esset plus quam quantitas declarata per diffinitores pro illo pluri quæ partes, idest illi qui contraherent matrimonium sint ad soluendum gabellam pro illo pluri datum essent de minori quantitate, quæ dicta declaratio pro illo Item si aliquis contraheret Sponsalia sub nomine alterius, et alicuius extranej, quod dicta Sponsalia soluere debeant gabellam per illos, qui contraxerint sub nomine alterius, et habeat tamen qui soluere regressum contra illos sub quorum nomine contraheret.

Item si quis aquisiuerit uigore Laudi, arbitramenti, donationis inter uiuos, et causa mortis, testamenti, Codicilli, uel cuiuscumque alterius ultimæ uoluntatis, soluat nomine gabellæ dicto Camerario, uel ius habenti sol: duos pro quolibet floreno ad dictam rationem quantitatis aquisitæ infra terminum XX. dierum à die celebrati contractus, sub pena denariorum decem pro quolibet denario saluo, et exceptuato, quod uigore Testamenti donationis causa mortis uel cuiuslibet alterius ultimæ uoluntatis, et aliquid aquirens soluere teneatur infra XX. dies à morte Testatoris, donationis causa mortis, uel uigore ultimæ uoluntatis aliquid Legatum, et non ante aliquo modo.

Item si contigerit aliquem de Terra Liternæ, et eius Curia, uel aliunde emere, seu uendere aliqua bona existentia in districtu Liternæ, et dictæ emptionis, seu uenditionis, non fecerit fieri Instrumentum, tam dictam gabellam soluere teneatur ut supra tam emens, quam uendens infra terminum XX. dierum à die talis emptionis, seu uenditionis, sub dicta pœna denariorum decem pro quolibet denario, et semper terrigena pro forense teneatur soluere, ut supra dictum est, dumodo de permutatione teneatur soluere gabellam pro dimidia parte rerum permutatarum.

Item, quod notarij de huiusmodi contractibus, et contrahentes tene=

re

neanz. dictos contractus referre gabellario dicti Comunis prò tali=
bus, et similibus deputato infra decem dies, à die celebrati Contractus
emptionis, et venditionis Laudi, et sententię, et in alijs de prędictis, et in
contractib. V.g. Testamenti, donationis causa mortis, vel ultimę volun=
tatis infra x. dies à die mortis talis testatoris causa mortis donantis,
vel Codicillantis, vel legantis, sub pena solidorum xx. prò quolibet con
tractu applicandorum dicto Comuni medietatem, et aliam medietatem
habenti iura dicti Comunis, et si contingerit aliquid de huiusmodi
instrumentis produci in iudicio corâ Vicario Liberne, et de contis.
in eo non fuerit soluta gabella, quę solui deberet, nulla fides super
dictis instrumentis redatur.

Item si contingerit aliquem de dicta Terra Liberne, et eius Curia, vel
aliunde emere à d.o Comuni aliqua bona immobilia, vel mobilia
ad soluendam tam emens, quam vendens minime teneatur, sed qui
emit à d.o Comuni, vel vendiderit ab eo teneatur soluere medieta=
tem dictę gabellę.

Item similiter, quod dictum Comune, vel habens iura ab eo, non pos
sit petere, vel exigere aliquam gabellam de huiusmodi in simili-
bus contractibus, nec ab aliquo, qui aliquid contraxisset, usque
in presentem diem, quamuis inter dictas partes de prędicto, vel
aliquid predictorum non fuerit celebratum instrum., et similiter
nulla gabella debeat peti, vel exigi possit quo quo modo pro
aliquibus contractibus vel instris cuiuscumque generis, seu con
ditionis, quę fierent, vel celebrarentur inter Patrem, et filios unum
seu plures fratres Carnales, et patrueles, vel aliquem predicto
rum, usque in tertiam generationem per lineam rectam, et primus
gradus intelligatur inter fratres carnales, secundus gradus inter
filios dictorum fratrum, et tertius gradus inter filios filiorum fra-
trum, tam ex materno, quam ex paterno latere.

Gabella Carnium Cap.o 12

Prouidimus, et ordinamus, et declaramus etiam in presenti Sta-
tuto volumen, quod in dicto Comuni sint, et esse intelligantur
im

imposite gabelle Carnium, et quod omnes, et singuli macellari uolentes carnes in dicta terra, seu curia aliquas bestias macellari consuetas, soluant dicto comuni, aut habenti iura ipsius infratta facta. Primo, et ante omnia, notificatione de dictis bestijs matellantis si, et quando macellari contingerit, et antequam dictas bestias occidant, uel decorient superstitibus dicti comunis sub pena solidorum xx. pro quolibet bestia dicto comuni, uel habenti iura ab eodem; cuius simplicis gabelle modus, et declaratio inferius denotabitur.

Pro quolibet Capretto lactante. den. x.
Pro quolet. agno lactante - - - den. x.
Pro qualet. capra, irco uel pecora den. I
Pro quolet. cordisco - - - - qt. I. den. I

Pro qualet. libra castrati, et montoni - - - den. I
Pro quolibet libra Vitella Lactantis - - - den. I
Pro qualibet Vitella supra annum - - den. x
Pro qualibet libra porci uel Porche sanate - - den. I.

Item, quod Carnifex seu macellator non possit nec debeat uendere dictas carnes, scilicet castrati, porci, et Vitelle, si non est in concordia primo cum Gabellario sub pena dupli dicte quantitatis, et si contigerit uendi aliquas carnes cum dictis bestijs, et carnibus Lupatis uel similibus bestijs, soluat de predictis bestijs minutis den. x. et de bestijs grossis, solidos quinque, et uendatur in locis concessis per formam statutorum dicti Comunis sub pena xx. solidorum.

Item, quod quicumque emerit aliquam dictarum bestiarum pro eius familia si essent tres, uel quattuor persone, pro familia eorum, non teneantur soluere aliquid pro gabella, et similiter qui emerit porcum uel porcam in grossum, uel a centinarium, et quod sit cuius nichil soluat pro gabella.

Item, si quis emerit aliquam dictarum bestiarum causa reuendendi, et uendiderit soluere debeat gabellam ut supra patet, et continetur.

Gabbella Vini. Cap.o 3.

Item, quod in dicto comuni sit et esse intelligatur et habeant imposita gabella uini, et Uuarum, et quod omnes, et singuli

ta

tam hospitatores tabernarij caupones, qd. alij quicumque uendiderint, et uendere uoluerint in d.o Comune uinu, seu Vuas. alicui persone, tam ad minutu, quam in grossu soluant, et soluere teneant. dicto comuni, seu haben. ius, et causa in d.o comuni infrascriptas gabellas. Primo facta notificatione et intimazione d. Comuni seu habenti ius d. Comunis de dicto Vino, seu vuis uendendis aliquin, qui contra dicta notificationes, seu preter ea facta fuerit uenditio uendentes, soluant duplu infrascr. gabelle simplicis soluende, modus, et ordo et inferius describit. V.3. Quod omnes, et singuli de Literna, uel aliunde, qui in d.o Comuni Literne uendent, uel ement ab aliquo in d.o Comuni aliquas salmam Vuaru, soluant nomine gabelle d.o Comuni, uel abenti iura ab eo denarios tres pro qualibet parte. It. tam emens, quam uendens obtento primo, et ante omnia notificationes facta, prout in principio descriptionis contente in supra scriptis capitulis continet.

Item ad omnes, et singuli hospitatores, tabernarij, seu caupones, uendentes Vinu ad minutu in terra Literne, et Curia soluant comuni, seu habent iura ipsius nome gabelle quantu uendent aetrtam uini quatrini tantu soluant bol. pro quolibet salma Vini

Item, quod uenditores in dicta terra, et Curia Vinu in grossu, seu ad minutu soluant, et soluere teneant. d.o Comune, uel habenti iura ipsius nomine gabelle den. tres cortonenses, tam emens quam uendens, et quilibet eoru pro qualibet libra Vini, taliter, et tali modo uendendi.

Item, quod omnes, et singuli qui extraherent, uel mitterent aliquas salmam Vini, soluere debeant pro qualibet salma solidos quatuor, et qui mitterent aliquas salmam Vuaru, et sit forensis soluat nomine gabelle solidos duos, pro qualibet salma, et qui extraheret aliquas salmas Vuaru extra territoriu Literne, soluere debeat solidos duos pro qualibet salma.

De iure reddendo gabellarijs Cap.o 4.

Item, quod dictis gabellarius, et prò dictis gabellis exigendis fiat p. Dnm. Vicarium ius summarium omni tempore, et expedire non obstantibus ferijs aliquibus, nec possit admitti, aut debeat aliquis Pror. sed tali facti veritate inspecta causæ dictarum gabellariorum expediant, pena solvant Dnus Vicarius non obstante contenta in presenti Capitolo, neque vadendi ius expedire, ut supra pena soluat Librarum decem prò vice qualibet.

Item, si quis terrigena, et forensis veniret ad vendendum Vinum Laggenibus teneatur notificare gabellario dictum Vinum sub pena solidorum viginti prò qualibet Lagena prò qualibet vice, et Lagena sit sigillata in bocca cum carta, et sigillo gabellari, sub dicta pena ille, qui contrafecerit.

Item, quod omnes, et singuli, qui voluerint vendere vinum ad minutum, seu ingrossum; Primo, et anteomnia debeat notificare gabellario sub pena solidorum XXXX, et solidorum X. prò qualibet vegete, et teneatur soluere gabellam per vegetem plenam si soluerit ad minutum teneatur habere appodissam manu Vicarij positam ad dictam vegetem, et qui contrafecerit cadat in penam solidorum decem, et si Vicarius noluerit facere, cadat in penam solid. XXXX. et quilibet vendens dare, et consignare debeat de eo Vino vendente mestram unam Vini Dno. Vicario.

Item prò salma Vini forte, quæ extraheretur, vel mitteretur in terra Citernæ, seu curia soluat nomine gabellæ prò qualibet salma solid. tres den. Cortonensium.

Item, quod quilibet gabellarius, qui ad presens est, et in futurum erit possit exigere omnem quantitatem gabellarum permissarum, quam deberet recipere ab aliqua persona infra annum à die depositi sui Offizij, elapso dicto termino non audiatur ullo modo, et hoc intelligatur prò terrazano, et forense termino quinque annorum.

Item, quod nullus gabellarius possit, nec debeat commitere fraudem, nec recipere in sagramentum plus quod sibi contingat ullo modo, et qui contrafecerit cadat in penam prò quolibet denario in den. duodecim.

128v

Item, quod liceat omnib; de Terra Cisternę, et eius districtu, uel habitantibus extrahere Vinu de dicta Terra, et eius dixtrictu sine aliqua solutione gabellę pro uita eoru tantu (in casibus necessitatis Itz. pestis, guerę, et cuiuscumque casus fortuitus sibi accidentis, uel euenientis exceptz.)

Gabella del passaggio Capº. 5.

Item pro gabella de panni di lana per soma di mulo di detti panni si paghi di denari —— sol. 8. dⁱ. 3.
Ite per soma di somieri di detti panni per ciascuna soma — sol. 5: d. 0
Itz. per soma di pãni lana, cioe Borghese, aritino, perusino, Castellano, et Urbinese, ed altri simili à quello paghi per soma di mulo —— sol. 6. d. 3
Itz. per soma di Asino per detti panni —— sol. 4: d. 0
Itz. per panni caglitsi, o romagnioli, o ariminesi larghi paghi per soma di mulo —— sol. 5: d. 0
Itz. per soma di somaro di detti Panni —— sol. 3. d. 0
Itz. per ciascheduna pezza di panno lano gentile —— sol. 7. dⁱ. 6
Itz. si fosse meno di soma il detto panno paghi prò rata, e se fossi meno, che pezza paghi deñi dua per braccio e de fossi dà dodici braccia ingiù non paghi gabella.
Itz. per ciascuna pezza di panno grosso grosso paghi. sol. —— 0. dⁱ. 8.
Itz. se fosse meno, che pezza paghi à Canna —— sol. 0. dⁱ. 1

Panni Vecchi.

Ite, se niuno passasse con panni Vecchi di qualunque generatione si fosse, paghi per soma di mulo —— sol. 4: dⁱ. 0
Itz. per soma di somaro di detti panni —— sol. 3: dⁱ. 0

Gabella di guarnelli

Item di maſeria noua, ò vecchia, ò altro lauoro di Lino guarnelli, ò materazzi, coltrici, ò ſimili à quelle paghi p. ſoma di mulo —— Sol.[i] 4: d.[i] 0

Itẽ per ſoma di Somaro per dette coſe —— Sol. 3: d.[i] 0

Gabella pano lino.

Itẽ per ciaſcuna ſoma di panno di Lino, che non ſia Canouaccio per ſoma di mulo —— Sol.[i] 6. d.[i] 0

Itẽ per ſoma d'Aſino per detti panni —— Sol.[i] 4. d.[i] 0

Gabella di canapa, e accia di lino

Itẽ per ſoma di mulo di canapa, e accia di Lino —— Sol. 8.

Itẽ per ſoma di Somaro —— Sol. 6

Itẽ per ciaſcheduna ſoma di mulo di Lino concio, e ſodo —— Sol. 5.

Itẽ per ſoma di Somiero di detto Lino —— Sol 4

Itẽ per ſoma di mulo di Canapa concia paghi —— Sol. 4

Itẽ per ſoma di Somiero di detta Canapa —— Sol. 3

Itẽ per ciaſcheduna ſoma di mulo di ſtoppa, lino, e Canapa Sol. 3

Itẽ per ſoma di Somieri di d.[a] Canapa ſoldi due —— Sol. 2

Itẽ per ſoma di Capeccio —— Sol. 1.

Gabella di coſani

Itẽ per due coſani nuoui ſoldi tre —— Sol. 3

Itẽ per due Coſani piccoli —— Sol. 2

Itẽ per Coſanelli den.[ri] ſei —— Sol. 0. d.[i] 6

Gabella de Polli

Itẽ per due para di Polaſtri den.[ri] dieci —— Sol. 0. d.[i] 10

Itẽ per un paro non paghi gabella —— Sol. 0: d.[i] 00

130 v.

Itẽ per un paro di Piccioni den.ri undici —— sol... d.i 11

Item per un paro di Capponi —— sol... d.i 06.

Itẽ per un paro di starne —— sol... d.i 3.

Itẽ per ciascuna Caciagione, Capriolo, lepre, ò simile —— sol... d.i 10.

Gabella di cascio

Item per ciascuna soma di cascio —— sol. 5.

Itẽ se fosse meno di soma paghi per centinaro —— sol... d.i 10

Gabella de frutti

Item per ciascheduna soma di noce soldi uno —— sol. 1. d.i

Itẽ per soma di castagne —— sol. 1. d.i

Itẽ per soma di Amandole soldi quattro —— sol. 4. d.i

Itẽ per soma di avolane —— sol. 3. d.i

Itẽ per soma di mele, e Pere —— sol. 2. d.i

Gabella d'olio, e carne salata

Item per soma di mulo d'Olio, e carne insalata soldi cinque sol. 5.

Itẽ per soma di somaro —— sol. 4

Itẽ per mezzino di carne di porco insalata, e fresca —— sol... d.i 10

Itẽ per soma di Olive, non rimettendo Olio —— sol. 1.

Gabella di strame legni, cenere, e carboni

Item per soma di Panicale, gionco paglia, ò fieno —— sol... den.i 06.

Itẽ per soma di Cenere —— sol... den.i 10

Itẽ per soma di Carbone —— sol... den.i 05

Itẽ per soma di Pignatti —— sol. 1. den.i 00

Itẽ per soma di Legni —— sol. 0 d.i 2

Itẽ per soma di pali —— sol. d.i 4

Itẽ per soma di bossoli —— sol. d.i 6

Itẽ per soma d'assi, ò tavole —— sol. 1.

Gabella di Boui, ò altre bestie

Item per ciascheduno boue, ò Vacca sol. due e d. sei — sol. 2 d. 6

It. per Cauallo, Caualla, mulo, e mula — sol. 2 d. 6

It. per porci, pecore, e capre — sol. 0: d. 8

Gabella di fodera ò guarnelli

Item per guarnello, fodera di qualunque colore si sia per soma de mulo — sol. 6.

It. per soma d'Asino di dette cose — sol. 4:

Gabella di carta bambagia, e lana

Item per soma di mulo di carta, ò bambage — sol. 5.

It. per soma di somieri — sol. 4.

It. per una soma di bambagio filato, e non filato — sol. 3

It. per soma di somieri — sol. 5

It. per soma di lana filata, e non filata — sol. 4

It. per soma di somieri — sol. 3

It. per soma di borra, ò cardatura bianca — sol. 4.

Gabella d'agrume

It. per ciascheduna soma di Cipolle, aglio, Cidroni polzini, ò simili — sol. 3

Gabella di coiame.

Item per soma di coiame peloso di bufalo, boue, cauallo, ò Asino — sol. 5

It. se fossi meno di soma paghi per ogni coio — sol. 0. d. 10
è non s'intenda per chi lo portasse à conciare, e lo riportasse à Liverna.

It. per soma di pelle di castrone — sol. 4

It. per soma di somieri — sol. 3

e se fossi meno de soma paghi per pelle d. uno — sol. 0: d. 01.

131v

Gabella di pelli dà fodera

Item per soma di pelle dà fodera, ò pelle concie ——— sol. 4: d.
Item se fosse meno di soma paghi per pelle ——— sol. 2. d.

Gabella di piumacci, e panni dà letto

Item per soma di mulo di Coltrici piumazzi, et altre cose ——— sol. 8: d.
Itẽ: per soma di somiero soldi sei ——— sol. 6.

Gabella di grana

Item per soma di mulo di grana ——— sol. 10.
Itẽ: di soma di somieri ——— sol. 8.

Gabella di lume d'roccho, o feccia.

Item per soma di lume di roccho di mulo, ò somiero ——— sol. 3
Itẽ: per soma di feccia ——— sol. 1.

Gabella di scotano, robbia, e galluzza, e peglia.

Item per soma di mulo scotano robbia peglia, ò galluzza ——— sol. 3
Itẽ: per soma di somiero soldi 2 ——— sol. 2.

Gabella de quadi.

Item per una soma di mulo di quado macinato ——— sol. 1. d. 8
Itẽ: per soma di somiero ——— sol. 1
Itẽ: se fosse in pani per Centinaro den. Cinque ——— sol. 0. d. 5

Gabella di pescio

Item per soma di Pescio fresco, ò insalato dà mulo ——— sol. 6.
Itẽ: per soma di somieri ——— sol. 4:

Gabella di corna, ò arcioni dà basto

Item per soma di mulo di corni, ò arcioni dà basto ——— sol. 2:

Gabella di calcina, mattoni, tegole, e coppi

Item per soma di calcina, mattoni, tegole, e coppi ——— sol. d.i 12.

Gabella di legumi, e grano

Item per soma di Faue, cecere, o piselli per staro ——— sol... d.ri 3
Item per soma di grano, ò di faue à staro ——— sol. 1: d. 6

Gabella de macine

Item per una macina dà guado ——— sol. 10
Item per una macina dà molino ——— sol. 12:

Gabella di caldai, ò paioli

Item per ciascuna Caldaia grande ——— sol. 1.
Item per ciascun caldaio piccolo ——— sol. 0: d.i 3

Gabella di metallo, e spetiaria

Item per ciascheduna soma che passassi fora alcuno
metallo - - - stagno non lauorato paghi per
soma di mulo ——— sol. 5
Item per soma di somieri ——— sol. 4
Item per soma delle dette cose lauorate ——— sol. 8.
Item per soma di somieri ——— sol. 6.
Item se fossi meno di soma paghi prò rata ——— sol - - -
Item per soma di mulo spetiaria, ò merciaria ——— sol. 10
Item per soma di somiero ——— sol 7.
Item se fosse meno di soma paghi prò rata ——— sol - - - -
Item per soma di amandole rotte ——— sol 6
Item per soma di mulo di cera soda ——— sol. 8.
Item per soma di simieri ——— sol. 6
Item per soma di mulo di Cera lauorata ——— sol: 12
Item per soma di somieri ——— sol. 9
Item per soma di mele ——— sol. 6
e se fosse meno, che soma paghi prò rata ——— sol - - - -

132v

Item per soma di Piombo —— Sol. 4.
Item per soma di Somiero —— Sol. 3
Item per libera di Zaffarano —— Sol. 1
Item per panni veronesi, ò lombardi, ò calze fatte à soma Sol. 8.
Item per soma di Aniso —— Sol. 6
Item se fosse fardello delle dette cose per soma —— Sol. 1. d. 8
Item à soma di ferro, ò acciaio —— Sol. 4
Item per soma di Somiero —— Sol. 3

Gabella di scarpe, pianelle, e sugari

Item per soma di mulo di scarpe, ò pianelle —— Sol. 3
Item per soma d'Asino —— Sol. 2
Item per soma di Sugari —— Sol. 3
Item per soma di asino —— Sol. 2.

Ad laudem Dei, et eius Matris
semper Virginis, dedi finem
predictis capitolis gabelle,
sub die ultima Febbr.
anni curren.
1603.

Ego Hortentius Nicolutius Not.s

Reformationes super quarto volumine Statutorum de gabellis contentorum in primo Capitulo

Circa contenta in primo capitulo posito sub rubrica de gabella contractuum Domini Reformatores volentes clarissime declarare an, et quando sit fraus commissa in assignatione gabellæ vel negligentia, decreverunt, quod in casu, quo de contractu in curia Cisternensi sit confectum publicum instrumentum quarantigiatum manu publici notarij Cisternensis in præsentia testium Cisternensium nuper hijs currentibus teneri debeat fraudes fuisse comissas ob non factam notificationem gabellæ talis contractus, sed si tales, ut supra contraentes infra decem dies facti contractus non denuntiaverint, vel alter eorum saltem non denuntiaverit, incurrat pœna dupli vetigalis ordinarij, et si hoc suprascripto capitulo contigerit nasci disputationem inter publicanum, et contraentem, verum sic facta notificatio infra x dies, necne voluerunt in dubio stari debere iuramento contraentis prestito in forma iuris valida.

In casu vero quo non fuisset de contractu confectum publicum instrumentum quarantigiatum per notarium Cisternensem, vel non in curia Cisternensi atque coram testibus Cisternensibus; licet sit factum alibi, decreverunt ob non factam assignationem, seu notificationem gabellario esse locum pœnæ in dicto Capitulo insertæ in omnibus, et per omnia, et isto casu voluerunt stare in dubio iuramento gabellari iurantis, quod non sit sibi facta notificatio infra terminum x. dierum, si de hoc oriri questione continget inter eos; addentes sufficere per alterum ex contradicentibus notificationem fieri factæ venditionis, et initi contractus, neque referre per quæ verba fiat talis notificatio, dumodo effetualiter importent notitiam dicti gabellari facti contractus, declarantes, quod si contigerit ad notitiam dicti gabellarii pervenisse contrahentes fecisse talem contractum factum, aut opera dictorum contrahentium, vel alicuius eorum infra dictum terminum x. dierum pœnam aliquam non incurrit in reliqua contenta

in

133v

in d.° capitulo confirmantes.

Item statuimus, quod nullus poſſit, uel debeat dare licentiam alicui intrandi cum bestijs in aliquas uineas, salcetum, ortum, Cannetum, uel aliquas poſſessiones bladatas et si data fuerit non ualeat ipso iure, et tales inuentus cum dictis bestijs, uel denunciatus poſſit, ac debeat punire, ac si dicta licentia data non eſset, in alijs autem poſſessionib. quam supradictis poſſit quilibet licentiam dare tam personaliter quam cum bestijs, ut superius dictum est in statuto de licentijs. Statuentes autem, quod quilibet poſſit mictere, et suum ducere famulum, uel famulas, et alias, quas uoluerit ad eius uineas, et alijs suis poſſessionibus de quibus eius qui miſſerit uel duxerit stetur sacram.to et credatur.

Quod procedat. dè similib. ad similia. Cap.º 67

Statuimus, et ordinamus, quod si aliquis damnum dederit tam personaliter, quam cum bestijs in aliquib. locis in districtu Liternę, de quò non eſſet facta, et specificata mentio in presenti uolumine statutorum: quò procedatur ad penas, et emendam

dam.

damni per Offlem dam. datz. de similibz. ad similia, ac si fuisset facta expressa mentio de tali damno dato.

Ad laudem onipotentis Dei, finem
imposui huic libro dan. dat.
die xv. Ianuarij 1604.
die Iouis in appo=
teca mei Hor=
tentij Nico
lutij.

117v

Liber Sextus Reformationum.

Congregato et coadunato generali Conſilio comunis, et populi Terre Citernę ad ſonum Campanę voce preconis permiſsa, ut moris eſt: in sala magna palatij comunis, ubi talia conſilia fieri ſolent prò rebus peragendis ad onorem, et utilitatem dicti comunis, cum preſentia Vicarij dictę Terrę, omnes unica voce, et comuni concordia, nemine diſcrepante ſtatuerunt, decrauerunt, et reformauerunt, hac perpetua lege, ualitura, dummodo in prçiudicium, ecclesiastice libertatis non ueniant.

De Homicidijs. Cap. 1.

In primis, quod nullus Citernenſis, uel habitator in dicta Terra Citernę, et eius districtu cuiuscumque conditionis existat tam terrigena, quam forensis, qui de cętero (quod Deus auertat) aliquod homicidium commiſerit in dicta Terra, et eius districtu, non poſsit quo què modo stare, morari, nec moram trahere in dicta Terra Citernę, et eius districtu, immò in perpetuum intelligatur, et sit exul, exbannitus, et rebellis à dicta Terra, et eius comitatu, eaque in perpetuum, et nullo unquam tempore poſsit, ne valeat ad eam, ne stare ne moram trahere, sub pęna heris, et personę.

Quod non possit offendi per Conguineos nisi comittentem aliquod delictum Cap.o 2.

Item ordinauerunt, et statuerunt, ac reformauerunt, quod de cetero, si quis offenderit, uel percuſserit aliquem quo què modo tam offenſus, quam eius attinentes non poſsint aliquam uendictam sumere de tali offenſa, niſi tantum contra perſonam proprij offendentis, et si aliter fieret offendentes incidant in pęnam ducentorum ducatorum auri, et in amputatione manus, applicandorum camerę comunis Citernę, niſi tamen fuerit Homicidium, quod reſeruamus in diſpoſitione pręcedentis Capitoli

quod

Quod Comiss.s et eius Offi.is non possint refirmari Cap.o 3.

Item similiter reformauerunt, et statuerunt, quod de cętero nullus Vicarius Terrę Citernę, neque eius Offlis, qui de cetero electus fuerit per sex menses, nullo modo possit, nec ualeat refirmare, nec ex Priores, uel Consilium dictę terrę, et si rifirmaretur talis rifirma sit nulla, et habeatur per non facta, et Priores, et Consilium, qui talem rifirmam fecerint, incidant in pęnam librarum centum prò quolibet ipsorum applicandam Cameris comunis Citernę.

Dè ementib. gabbella, et introitus Comunis. Cap.o 4

Item in dicto Consilio statuerunt, et reformauerunt, quod in futurum quicumque emerit gabellas à dicto comuni, et omnes alios, et singulos introitus, et prouentus dicti comunis, ex nunc prout ex tunc intelligatur illas emere suo risico, pericolo, et fortuna, tam tempore belli, quam pestis, et cuiuscumque alterius impedimenti, et tales emptores teneantur, et obligati sint dictarum gabellarum soluere pagas ipsarum de mense, in mensem pràcatam ipsarum gabellarum generali Camerario dicti Comunis Citernę, et non soluentes dicto modo incidant in pęnam, et teneantur soluere cum quarto plus, et nichilominus cogatur ad solutionem, ut dictum est, et sit comunis prędicti talis quartus.

Qd non possit conducere terrenum àd afficum ad pecunias. Cap.o 5.

Item in supradicto consilio statuerunt, et reformauerunt, quod nullus tam Citernensis, quam forensis de cętero audeat, uel presumat conducere ad laborerium, siue ad afficium aliquid podere, uel terrenum ab aliquo forense prò precio, et afficti ad pecunias numeratas, sed prò tanto frumento, uel blado, et non ad tantas pecunias, et si aliter fecerit talis locatio sit nulla, et talis conducens incidat in pęnam

ducatorum quinquaginta auri applicand. Camere Comunis Citerne, et siquis in presentiarum conduxisset aliqua bona ad affictum ad pecunias, ut supra dictum est, debeat dictum affictum reducere ad granum, sive bladum sub dicta pena, modo, ut supra applican.

Qd. dè cetero omnes forenses, qui habebantur prò terrigenis habeant. prò forensib. Capo. 6.

Item statuerunt, et reformauerunt in supradco. Consilio, quod omnes, et singuli forenses, et non habitantes, nec moram trahentes in terra Citerne vel eius districtu familiariter, et cum tota familia continue, et ab tempus Licèt apparerent descripti prò terrigenis in Catastris dicti Comis quod ex nunc describant; et describi debeant prò forensib.; et ad libras forensium, et soluant, et soluere debeant eorum datia more forensium, et non more terrigenorum.

Qd floreni intelligat. dè bononenis quatragta. Capo. 7.

Item statuerunt, et ordinauerunt, quod de cetero omnes, et singuli Citernen; et destrittuales, quod in futurum contraherent, vel aliquod contratum facerent cuiuscumque conditionis cum quacumque persona Collegio, comli, et universitate, tam terrigena, quam forense prò quacumque quantitate pretij ad tollend. omnem futuram altercationem quae oriri possit inter partes, ex quocumque pretij ordinauerunt, et decreuerunt, quod florenum moneta Citernensis sit, et esse intelligat. ad rationem bononenorum quatraginta prò quolibet floreno ad quatrenos sex prò quolibet bononeno, et non aliter, nec alio modo pacisci, nec conuenire possit inter partes, nisi ad dictam rationem, et si aliter fecerat non valeat, nec teneat, et incidant contrahentes in libris quinquaginta, si aliter contraherent applicand. Camere Comunis Citae.

Quod non proiciat. litamen in foueis Comunis nè reficiantur Ortuli Capo. 8.

Item statuerunt, et reformauerunt, quod attento quanti impedimen

menti, et iacture sit communis proicere terrenu, litamen, et immon
ditias, tam intra menia, quam extra, et quod etiam intra pomarij, et
extra fiant ortuli pro se menia infractis Comunis, quoniam ea cum
tempore diruitur propter terreni diminutionem, ordinauerunt hac
Lege perpetuo ualitura, quod nullus Citernen. uel forensis habitat. in
dicta terra, uel districtu, de cetero audeat, uel presumat proicere
terrenum infra muros; v.t in anditu ante muraliu, nec extra, scilicet
brachijs quatraginta infra mediu dicta menia, nec similiter infra
dictum terminum proiceridum d. terrenu, et si quis pro sua comodi=
tate proicere uoluerit, teneatur, et obligatus sit illud eleua
re, siue eleuari facere infra octo dies à die proiectionis dicti
terreni, litaminis, terracci, siuè immonditie, sub pena lib. XXV.
ut supra applicand. et similiter in dictis terrenis quatraginta bra=
chiorum nullus audeat, uel presumat coltiuare, et ortulos aut
nisi damnum facere arbores, nec sepes plantare, et si forsan es=
set in dictis fractis, teneatur deuastare, et arbores, et sepes inci=
dere sub dicta pena, modo, ut supra applicand.

In nome Domini Amen. Anno ab eiusd. salutifera natiuit. Mil=
lesimo quingentesimo quatragesimo quarto, indictione secunda,
Pontif. Ss.mi in Xpo. Patris, et Dni. nri. Dni. Pauli diuin. fauente
Clementia Pape Terzij, anno eius decimo, die uerò decima octaua
mensis maij.

Congregato, et coadunato Consilio hominum Terre Citerne,
ne dum duodecim, numero uerò quindecim cum adiunctis, et etiam
sufficienti numero in sala Palatij Comunis Citerne sono Campane, et
tube, et iuxta consuetudinem, et more dicte Terre, fuit tande
per mag.cos dominos Priores terre prefate. v.t Petrum Paulum
q.m Laurentij Buratti de Rampaccis de Citerna
Mariottum olim Matthei de Villa Collis nucis curie Citerne
Bartolomeum q.m Torelli de Villa Carsuge dicte Curie, unica, et no
mi-

148v

mine Georgii eius Patrui propositum, et demum obtentum nemine discrepante, quod in futurum observentur ad unguem Capitula, et reformationes alias edita, et redite de anno Dni. M.DXXXI. et precipuè super accusationibus dannorum dator. faciendis cont. Sindicos damnor. dator. super dictis accusis factum ordinatum et decretum in dictum comunem, quoniam prefati Mag.ci Dni. Priores, et Consiliarij, habita informatione ab orecchia et quotidianam querelam personarum d. comitatus per Dni. Vicarij non ueretur exigere prò cancellatura cuiuslibet accusę sintico datę, cuius damnum dans non reperitur loco bononeni unius exigendi, et sibi debiti in totum prò quolibet accusa bononem unum prò quolibet focolari cuiuslibet Sindicarię in grave damnum, detrimentum, et finalem consumationem dicti Comitatus, et propterea volentes huic malo casui occorrere, et obviare, et penitus illud extirpare, decretum obtentum, et reformatum fuit, quod de cętero Mag.s d. Vicarius presens, et futuri non audeant, nec presumant quo quo modo, aut quesito colore exigere, vel exigere attentare prò cancellatura cuiuslibet accusę datę sindaco, sive sinticarię alicui de dicto comitatu, vel de Terrę Civernę, quando non reperitur malefactor, nisi solum, et dumtaxat bononenum unum, vl. quatrenos sex à sindaco, sinticarię incusatę prò quolibet accusa, et non bononem unum prò quolibet focolari iuxta abusum introductum, hactenusque frequentatum sub pena iuris, et statutorum in casu contrafacient.

Item decretum, et obtentum, et reformatum fuit in suprad. Consilio, quod Sindacus cuiuslibet sinticarię, teneatur, et debeat esse concors cum dno. damnum passo, et accusam faciente super emendatione danni illati à die factę relactionis, quando non reperitur damni dator infra spatium decem dierum, tunc proxime futurorum, et quat.s infra dictum terminum esset concordes

sin=

sindacus, et damnum passus super emendatione damni dati, quod tunc elapso dicto termino accusa cancellari ualeat, et possit saluo iure petendi emendationem damni per damnum passum à prefato sindaco, et illam declarandi, et liquidandi per extimatores comunis prò tempore existentes iuxta veterem consuetudinem Citernę

Item decretum obtentum et reformatum fuit in suprad.o Consilio, quod sindacus solus grauari possit prò bononaro uno soluendo prò cancellatura cuiuslibet accusę, et non cęteri de dicta sinticheria, et pari modo prò emendatione danni liquidata solum sindicus grauari debeat per Curiam mag.ci D. Vicarij, et ad istantiam supradicti sindaci curia mag.ci D. Vicarij grauare debeat, et possit homines particulares sinticarię dicti sintici renitentes ad dicti sintici requisitionem coram uno teste saltem facienda soluere eius ratam sibi tangentem tam occasione emendationis damni illati per dicti bononeni unius prò quolibet accusa soluti, et soluendi primo pignorando, secundo tamen ad istantiam denuo fiend. per sintacum tantum accipiendo sufficientem toti debiti per sic grauat. dicta de causa satisfaciendo, et non aliter, nec alio modo.

Item decretum, et reformatum fuit in suprad.o Consilio, quod tunc, et eo casu intelligantur plures accusę, quando sunt datę prò danno illato diuersis diebus, et temporibus, uel in diuersis, et penitus separatis bonis, uel per diuersas, et separatas personas, non autem, quod damnum esset illatum per plura, et diuersa animalia grossa, uel minuta, dummodo non sint diuersorum padronorum, et dominorum, quando verò reperitur dam. dator. tunc sumus in claro, et cadit querere de cancellatura, quę non debetur nisi casu quo damnum dantia, siue rationabilia, siue irrationabilia animalia sint non reperiantur.

150v

Item decretum, et ordinatum ac obtentum fuit in supradicto Consilio, quod de cętero, quilibet Sindicus cuiuslibet Sinticarię ualeat, et debeat, et possit indagare, suscitare, et perquirere damnum dantes etiam ex sua Sintichevia, et possit dare iuramentum, nè dum hominibus masculis, et feminis sui Sinticatus, verum etiam omnibus alijs hominibus maioribus, et minoris aliorum Sindicatum communitatis Terrę Citernę, et volentes tale Juramentum subire postque requisiti fuerint per dictum Sindacum, de quà requisitione saltem constare voluerint dicto unius testis iurati unà cum relactione dicti Sindici pariter iurantis, tunc in eo casu talis ità recusans iurare hautoritate presentis decreti, et reformationes damnum passo iuxta formam statutorum Citernensium.

Dè uindictis tranuersalibus

Cum ea, quę denuò malè emerguntur nouo debeant concilio, et medio enervari, et omnis ęgritudinibus noua debeant antidota parari. Hinc est quod Illma. Dna Angela Bubea de Vitellis Dna. et Gubernatrix Terrę Citernę, una cum mag.cis DD. Prioribus Sindaco, et Consilio triginta sex bonorum uirorum dictę terrę, hac presenti die nona mensis Julij presentis anni 1559, in sufficienti numero congregatorum in sala inferioris Palatij comunis solitę residentię mag.ci Dni. Vicarij, ubi huiusmodi Consilia fieri consueuerunt de ord.e prefatę Illmę, et prefatorum DD. Priorum, Sindici, et Camerarij Comunis dictę Terrę assistente mag.co dnò Octauiano olim D. Julij de mincellis de mercatello ducatus Vrbini Gouer.ris Vicario Terre pred. uolentes occurre facinis, et conantibus malorum hominum dicti loci, et quieti, et tranquillitati eiusdem consulere, considerantes quod boni premio-rum, spe, et mali genarum metu abstinere auertitis propria infractionum lege statuto, et reformatione perpetuò ualitura decreuerunt, statuerunt, et reformauerunt, ut infrà.

Et primo considerantes, et animaduertentes homines terre Citerne, et sui Comitatus abhomisse actenus, et aborrere instare coram D. Vicario, sic caueri ab aliquo de non offendendo in forma, et d. Vicarium ut non requisitum in predictis multotiens quicumque omisisse, et dissimulasse Proper quod supra ad. mag.ci D.ni Christofari de Gallis, d. Baltassj Caroli de Petris, d. Simionis Augustini Tempeste, et d. Vincenti de Centis V. I. peritorum ad istud effectum congregatorum seruatis, seruandis, et misso partito ad fabas, et recollectis fabas XXVI. nigras, prosit duabus albis in contrarium non obstantibus statuerunt, et reformauerunt, quod de cetero mag.cus D. Vicarius terre Citerne, et eo absente eius uice Vic.s possit, et debeat ex off.o parte aliqua non petente cogere, et omni opportuno rimedio compellere omnes, et singulos homines dicte terre, et sui Comitatus ad inuicem discordantes, et maliuolos ex quauis causa suspectos, nè se ad inuicem offendant ad cauendum idonee de se inuicem non offendendo iuxta mores ueteres, et ueteres consuetudines Citernen. sub illa pena, que iuxta qualitatem casus, et personarum condictiones sibi uidebitur consentanea iuxta mores aliarum treguarum, et promissionum dè non offendendo.

T coadunati, ut supra in n.o sufficienti, et de presentia mag. et excell. U. I. D. D. mi

Item uolentes quantum possibile est, occorrere maleficijs, et offensionibus, et malis moribus Citernensibus prouido, et maturo colloquio habito, et deliberato consilio decreuerunt de cetero mag.cum D. Vicarium terre Citerne, et eo absente eius Vice Vic.um, ex off.o semper, et quando periculum est in mora habere potestatem, et authoritatem, ut uulgariter dicitur tollendi offensas, et ita pub.o banno precipiendi, et mandandi omnibus, et singulis hominibus dicte terre, et sui Comitatus, nè se ad inuicem offendant, neque offendi faciant in persona, et facere principales comprehendere omnes hinc inde attenentes, tam persona masculina, quam feminina, et affinitatis, usque ad quartum gradum inclusiue, secundum ius canonicum computandum, et sub illa pena, que sibi uisa fuerit expedire, attenta qualitate casus occursi suspitionis, et personarum condictione illam ampliare secundum stilum aliarum securitatum, et promissionum,

et

151v

et treguam d. terræ Citernæ, illamque exigere summarie, et sine strepitu, et figura Judicij executivè ab ipsis contrafacientib., et in difectu illorum, et quatenus ipsi non sint soluendo con. principales absque tm. preiudicio legum defensionis impusatori, et successive cogendi prefatis, ut supra ad faciend. treguas, vel pace eorum arbitrio sub congruis penis conventionalib., et contumaces mulrandi, et condemnandi in penam confinium, sive relegationis extra terram Citernæ, et sui Comitus per quinquennium, sub pena capitis, et confiscationis bonorum, si dicta confinia non servaverint, ac etiam offensionis personalis usque ad mortem inclusivè si reperti fuerint in districtu, et territorio Citernæ dicto confinio durante, et sub preiudicio perdendi legitimam.

Item summoperè dolentes de malo, et diabolico abuso Citernensium circa maledictas vindictas transversales, volentes iuxta vires eorum, et metu penæ compescere talem abusum, et iniquissimum vindicanti modum, et con. Jus divinum, et humanum inductum in d.o loco, summa deliberatione, et concordia statuerunt, et deliberaverunt de cætero nemini licere facere vindictas transversales, vel fieri facere, declarantes, et decernentes, quod quicumque talem vindictam transversalem fecerit, vel fieri fecerit, vel favorem, et auxilium cooperativè prestiterit, offendendo cum sanguinis effusione, ossis, vel membris fractura, incurrat in penam ultimi supplicii, et confiscationis omnium bonorum, applicand. iuxta formam terræ Citernæ, una cum preiuditijs à statutis, et Pontificalib. constitutionib. prefixis con. homicidas, et in specie quod Pater teneatur prò filio, et avus prò nepote in eius potestate existente, usque ad legitimam, et quod offendi possit impune et inde, ac si esset propter homicidium bannitus, et condemnatus in omnibus. Si verò offensio facta fuerit ob vendictam transversalem in persona sinè sanguinis effusione, aut ossis fractura, vel membri, tunc talis delinquens ^ absque metu vendictæ transversalis, et insuper pena confinis, et relegationis extra terram Citernæ, et eius Comitatus per quinquennium, quod confinium, si non observa-

[margin: ^ incurrat penam pecuniariam triplicatam à Statuto taxatam contra tales delinquentes]

navevit, tunc, et dicto casu, authoritè, et uigore presentis Legis, et Statuti incurrat, et incurrisse intelligat: pena ultimi supplici, et confiscationis omnium bonorum applicandorum, ~~ut~~ supra, cum preiudicijs supradictis in illo, qui cum sanguinis effusione percusserit ad uindictam per inde, ac si homicidium perpetrasset.

Et quia ut plurimum, ut experientia docet, huiusmodi uindictę trasuersales fiunt coadunatis hominib. prop.ª declarauerunt, et reformantes statuerunt, quod non solum ipsi met offensores, et actuales percussores, uerum etiam omnes, et singuli eorum fautores, et auxiliatores, ac assistentes, et mandantes quocumque modo auxilium, et fauorem prestiterint, siue cooperando, siue armati existendo dumodo malefitio assistent, et non malefactori tantum incurrant eadem met suprad.ᵗᵃ penam quotquot fuerit indistinctè cum supradictis preiudicijs in omnib. et per omia.

Et intelligat: facta eam offensionem ad uendictam transuersalem semper, et quandocumque percesserit aliqua offensio uerbalis realis, uel personalis fact per aliquem attinentem, et coniunctum, uel affinem usque ad quartum gradum inclusiuè secund: ius canonicum computand: cooperantis, ne ipso maleficio, non tamen malefactori illius, qui postea offensus fuerit, et sit ab aliquo supradictorum coniuntor: primi offensi, uel abipsomet offenso declarantes quod offensiones factę, ut supra in persona primi offensoris, uel mandantis, uel sibi auxilium, ac fauorem prestantis, non intelligant: factę fuisse ad uendictam trasuersales, sed solum illę, quę factę sunt inter alios eorum consanguineos, cognatos et affines eorum.

Item considerantes, quod stilo, et consuetudine prescripta in d.ª Terra Liberną in qualibet tregua, et pace, et promissione, de non offendendo principales coguntur promittere prò eor: coniuntis, et affinibus utriusque sexus usque ad quartum gradum, secund: Jus Canonicum computand: prò quibus dè rato promittunt. Pop.ᵃˢ decreuerunt, quod omnes, et singuli esse comprensi intelligant: et uigo-

152v

gore istius Statuti censeantur ratificasse et eos promissa sub illis-
met penis conuentionalibus, nisi infra decem dies immediate sequen.
post publicationem dictarum promissionum, publico banno et dicti
Dnum. Vicarium, uel eius tubicinam facien. committend. et regis-
trand., ~~et registrand.~~ contradixerunt, ac se nolle ratificare co-
ram Dnō. Vicario personaliter declarauerunt, et ipsis tacite, et ex=
presse ratificantibus, si contrafaciant, seu aliquis contrafaciat pe-
nas conuentionalem incurrat. uel incurr., et pro eis principalis
censeatur fideiussisse, et idem intelligatur de pace in omnibus,
et per omnia die VIIII. mensis Julij anni prefati 1559: lectis, et
debita cum reuerentia vulgarizatis supradictis Legibus, ac refor-
mationibus. Illme. D. Angele Rubee de Vitellis Dnę, et Gu-
bernatricis terrę Citernę, et me Camillum Cancellarium infras-
criptum, uisa earum, et utilitatem, et quod ad bene, beateq. ui-
uendum, et quod ad publicam utilitatem tendunt ea omnia con-
probauit, et confirmauit, ac banniri, ac perpetuo seruari iussit,
et mandauit omni modo meliori, et in robur promissorum ma-
nu propria se subscripsit.

Angiola Rossa dè Vitelli.

Die XVI. mensis Julij dicti anni 1559. Lectus pub., et iuratus
Baiulus, et tubicina Comis. terrę Citernę post comissionem
sibi fact. de infrectis; legens, et rediens, retulit mihi ~~Ser~~ Ca-
millo infrascto se contulisse ad loca solita, et consueta
terrę Citernę huiusmodi bannimentis fiendis, et alta, et
intelligibili uoce sono tubę premisso bannivisse reforma-
tiones suprascriptas, sibi uulgariter per Ser .... de Sessino
actuarium magci. D. Vicarij prout, et sicut suprascript. apparet,
de uerbo, ad uerbum, et cetera fecisse, pt. habuit de mandatis.
~~Et~~ Et ego Ser Camillus qm. Baldasaris Egidij applica aute. nos.
pub. Citernen.; nec non index ordinum, et Cancell. uniuersitat.
Terrę Citernę supradictis omnibus dum sic agerentur interfui
e agi

eaque rogatus scribere scripsi, et in hanc publicam formam redegi, signumque meum solitum inferius designaui in roburum permissorum. Loco + signi.

Consilium super dan. dat. et eorum extimationibus in Registro uetero C. 153.

Item in consilio XII. uirorum terre Citerne sub die penultima mensis augusti 1518. obtentum, et decretum fuit de comuni Consiliorum concordia, et uiua uoce, ac per fabas XI. nigras pro sic, non obstante una alba pro non, quod de cetero, quicumque de terra, et comitatu Citerne, siue habitantes, uel haben. bona in d.o Comitatu uoluerit de damno quomodolibet sibi illato in eius bonis facere fieri extimationem & extimatores Comunis dicte terre teneatur et debeat d.as extimationem facere fieri infra XV. dies a die facte, uel porrecte accusationis, uel denuntiationis d.i damni computand., et infra alios XV. dies subsequentes dictas extimationes, si alr. non fuerit satisfactus, uel concordatus iudicialiter petisse debent con.a damnum dantem, siue con.a repertos culpabiles accusatos, uel denuntiatos, siue alios debentes satisfacere, quibus terminis elapsis dicte extimationes con.a presentem reformactionem facte sint sint ipso iure nulle, et nulliter facte; et super eis nulla executio fieri debeat, nec possit, et quid quid fieret pro nulla habeatur.

Consilium super dan. dat. in Reg.o uet.o C. 196

Item in Consilio duodecim uirorum terre Citerne sub die XX. decembris 1535. obtentum, et ordinatum fuit, quod pauperes, qui non possunt soluere penam pecuniariam in damnis datis detineantur per d. Vicarium in Carceribus per tres dies, et postea per unam aliam totam diem ligatum ad petronem ad catenam, et Vicarius habeat

pro

153v

prò qualibet sic ligato per eius mercedem bononenos uiginti eidem soluendos per camerarium Comnis, exceptuatis mulieribus.

Consilium qd unusquisq. possit ad rumorem currere cum armis Reg.o 9. C. 14.

Magci Dni Priores terrę Citernę, et Vic.s sub die VII. Januarij 1543 = congregatierunt homines de Consilio n.o 43. causa, et occasione Legis iam factę, quod nemo possit currere ad rumorem cum armis sub certa pęna fuerunt per hijs uerbis multa prolata, et denique positum ad partitum, et obtentum & fabas 39. nigras in fauorem, et quatuor albas in contrarium, et in fauorem primę legis, et obtentum, hoc denique V. S. per maiorem numerum de bona gratia et licentia Illmi D. Alexandri Vitelli Dni, et Patronis arul. letur d.a, et decretum, quod nemo currere non possit ad locum risse, sed quilibet possit, et unicuique liceat currere ad rumorem cum armis, uel sine occasione rixarum causa obuiandi, et reparandi scandola, et controuersias, et non aliter, nec alio modo intelligatur, nec intelligi debeat, nisi in bonam partem, et casu quo & homines nostrę terrę, uel eam habitantes aliquod innouatum esset in dicta rixa cum armis, uel sine adeo quod aliquem offenderet, et rumor innouatz quò quò modo incidat talis innouans, et offendens in pęnam scutorum decem ultra pęnam statutariam, et ordinariam ipso facto applicandz. prò duobus tertijs camerę Comunis terrę nostrę Citernę, et prò alio tertio Dnò. Vicario executionem facienti, et hoc decreuerunt, ordinauerunt, et banniri comiserunt prò firma, rata, aliquo alio in contrarium non obstante.

Consilium super dan. datz in Reg.o nouo C. 41.

Congregato, et coadunato Consilio hominum terre Citerne sub die
quinta mensis Augusti 1544: numero duodecim bonorum virorum unà
cum mag.cis DD. Prioribus, Sindaco, et Camerario coram mag.co D.no Gui-
dantonio Capello de Amatrice Vicario dicte Terre in Sala Superio-
ri ubi similia pro pub.ca utilitate Comunis dicte Terre pertra-
ctari possunt, sic solent, et premisso solito sono Tube, voceque pre-
conia, tandem post multa satis ventillata in pred.o Consilio, vi-
va voce, nemine discrepante, decretum, ordinatumque fuit, quod
de cetero, nemo audeat, vel presumat, quo quo modo, vel que-
sito colore facere aliquod damnum, vel aliquod detrimentum in-
ferre, tam Citernensis cuiuscumque gradus, status, et condictio-
nis existens, quam forensis, tam in Vineis, Ortis, quam Clausuris exis-
tentib. in Curia predicte Terre, de die vero, sub pena scutor.
duorum aplor. iuxta formam statutorum terre premisse, et casu,
quo damnum dans, sive damnum dantes non esset habilis, vel ha-
biles ad predictam penam soluend., ex nunc prout ex tunc, et è
contra ordinaverunt, et decreverunt talis damnum dans, sive
dantes penam habere debere corporalem instando per unam totam
diem ad petronem, et loco Petronis dicti Comunis, et ultra ad
arbitrium D. Vicarij circà penam corporis in confinando, et si-
milibus; insuper ordinaverunt, et decreverunt talis, ut supra
damnum dans inventus à D.no, et patrono in aliquo predictor.
locorum damnum faciendo, ex nunc, p.t ex tunc, et è con.a debe-
rent autoritatem, et potestatem d.o D.no, et patrono, dictum damnum
dantem ut supra, posse verberare et verberibus cedere, constitue-
ntes ipsum damnum dantem in predictis, et Curia predictor. verbe-
rabilem, et posse eum percutere, et ferire citrà mortem impunè
d. D.num, et patronum, penam quamlib. subire mandantes d. Vicario
Terre predicte in premissis, et curia premissa, et quolibet pre-
missorum non posse dictum d., et Patronum, ut supra sic verberantem, et
percutientem astringi ad soluend. penam, tam pecuniariam, quam cor-

154v

Corporales, insuper ordinantes decreuerunt de nocte, et norturno tempore dictis damnum dantibus, tam pecuniaria quam Corporales, ut supra, penas duplicare, et duplicanda fore, et esse ad idem arbitrium D. Vicarij predicti ad eundem penas corporales modo, et hauctoritate pred.ta, et hoc autem predicti fecerunt pro bono pacis, et euidenti autoritate dicti Comunis mandantes publico Baiulo dicti Comunis, quod predicta banniat preconizzet alta, et intelligibili uoce per Loca solita, et consueta, et omnia alia faciat in predictis, que sunt ex debito sui Officij.
Qui tavanus iens, et rediens retulit mihi Camillo Rampaccio Cancellario mag.ce Comitis terre Liserne, predicta omnia, et singula bannisse, et perconizzasse et omnia alia fecisse ex debito sui Offizij, prout habuit in mandatis omni modo meliori &.

Consilium super dam. dat. in Reg.o nouo C. 99.

Item in Consilio facto sub die 14: 9bris 1546. fuit approbatum, et ratificatum Consilium alias factum sub die quinta Augusti 1544 super damnis datis, Addentes, quod pueri damnum dantes ab etate annorum quinque usque ad etatem annorum XII= incurrere debeant in pena pecuniaria, de qua in dicto Consilio, et non in pena corporali, mandantes in ceteris, aut ordinatis in dicto consilio in omnibus, et omnia obseruari, et in dicta penas, de qua in d. Consilio incurrisse damnum dantes ad palos, ad ortos, ad clausuras ad arbores fructiferos, et ad sepes, et ad uineas, et similia
Item, quod molendinarij molendini Comunis teneantur solumodo ad emendationem damni facti, uel faciendi per eorum pullos, galinaccios, et non ad penam prout in Consilio facto sub dicta die 14. 9bris 1546=

Quod Baiuli teneant dare buletas infra tres dies dan. dantib. C. 101

Item obtentum, et ordinatum fuit in consilio sub die x. maij 1548.,
qd

quod baiuli Comnis teneant. dare, et porrigere bulettas dannorum datorum infra tres dies à die traditionis de eis facte, per not. dnd. D. Vicarij damnum dantibus, et malfactoribus, sub pena dictis baiulis negligentib. x. solidorum, prò quolibet, et qualibet uice applicanda prò medietate Camere Comis, et prò alia Dno Vic.o pred.o penas exigendi, quas dare, et porrigere teneant. personalr, uel domi solite habitationis dictorum damnum datorum.

Super salsiccia uendenda per Pizzicarolos in Registro nuouo C. 166.

Item obtentum fuit per mag.cos DD. Priores, Sindacum, et Camerarium, et Consiliarios sub die 17. Januarij 1551. quod de cetero Pizzicaroli, et ceteri omnes uendentes salsiccias in terra, et Comitatu Citerne non possint uendere salsiccias nisi quatrenos quatuor ultrà precium carnis porcine, que uenditur ad macellum per macellatorem Comunis sub pena floreni unius applicanda prò uno tertio Camere Comnis, prò alio acusatori.

Super forensib. dam. dant. in Reg. nuuo C. 188.

It. nel Consiglio fatto sotto il dì 10. di Luglio 1550. fù uinto, e ottenuto, che li Forestieri abitanti nella Terra di Citerna, e suo Contado, debbano frà otto giorni prossimi dà uenire dare deposito in mano de Cancellieri della Comtà di pagare ogni pena de danni dati nella quale incurreranno loro, e loro famiglia, et emenda del denaro al uero Padrone della posessione, e non dando detto deposito infra d.o tempo, debbano partirsi dà d.a Terra, e contado infra detto tempo, e T caccìarli delle loro Case, altrimenti s'intendono detti Padroni essere obligati del loro proprio alle pene, e rifationi de danni alli ueri Padroni, nelli quali incorressero detti forestieri ancora che non si fossero obligati per Contratto.

T e li Padroni delle Case, doue abitano siano tenuti a licenziarli, e a

Item, che ogni persona tanto forestiera, che terrazana, e Contadi

155v

dini, che fosse trouato à far danno personalmente in Vigne e Chiesure, e campi possa essere battuto, e ferito dal vero Padrone, e Lauor.re di essa posessione, senza pena alcuna di malefizio di detto Padrone, e Lau.re non però si concede la debba ferire à morte, per le quali ferite el si morisse, e caso, che d.o Padrone, ò Lau.re accusasse detto danno dante, e non accordasse d.o danno dato al vero padrone, e al Offiziale, la pena incorsa frà dieci di dal di di detta accusa, s'intendono per disubedienti della corte, e sia rilegato dalla Canoua, e non se li dia il pane e priuato d'Offizij, e benefizij di detta Com.ta; et auendo in forza della Com.ta, e suo Offle., sia messo alla berlina publicam.te, e sia Lecito à detto padrone, e Lauorat.re dare aiuto, e fauore al Offiziale, acciò possa farne Cattura, et accusati per Sinticherie et i Notarij de danni dati s'intendono incorsi nelle medesime pene, come se fossero ritrouati dà veri padroni, e Lau.ri d.o sopra; et predicta omnia publicata, et banuita fuerunt per gattus publicus baiulus per loca solita terræ Cireruæ more solito & ser: ser:

Quod accusator non possit leuare accusam dan dat. in reg.o nouo CIII.

Item in Consilio sotto il dì 13 d'Aple. 1553. fù ottenuto uento, e ordinato, che tutte quelle persone, che personalmente daranno danno nelle posessioni altrui, tagliando, e togledo cose tagliate, e frutti di qualsiuoglia sorte di sterpi, uigne, ed Orti, et altri simili, toglendo pali, guastando sieppi, cauendo sterpi, tanto domestici, q.to saluatici, non si possa in modo alcuno leuare l'accusa, e accusati in palazzo dal proprio Padrone, dà che saranno trouati colpeuoli, tanto dal detto Padrone, quanto dal Sindaco, eccetuando pastori, e quelli, che facessero erba sulle posessioni altrui, à quali se li possa per l'accusatori leuare l'accusa, non pregiudicando ad altre leggi fatte per li danni dati, ne ad altri nri. Statuti

Che la fiera sia secura da ogni gabella al Reg.o nuovo C. 14.

Congregato, et coadunato Consilio XII. virorum cum presentia Dni Vicarij, et DD. Priorum sub die XIIII. Januarij 1543. decreuerunt et ordinauerunt viua voce unanimiter, et concorditer, quod in futurum ~~quod~~ tempus nundinarum, et ipsa durante, aliquis contraens, non incurrat in aliqua gabella pertinenti nostre Comunitati, et in futurum dicte gabelle non possint, nec debeant vendi aliter, nec alio modo, nisi cum capitulis predictis, quod nostra fiera sit secura ab omni grauamine gabellarum, durante dicto tempore, et casu quo dicta fiera esset ultra consuetum duratura, ut moris est, intelligatur libera, et secura, ut superius dictum est, et ita decreuerunt, et viua voce confirmauerunt.

Leges ordinate ab Illmo. et Rmo. Dno. Cardinali Vitellotio de Vitellis Dno. et Patrono tere Citerne inuiolabiliter obseruande per Comunitatem, et homines dicte Terre.

In nomine Dni Amen. Cum relatum sit, et non sine animi displicentia in notum erit Illmo. et Rmo. Dno Cardinali Vitellotio de Vitellis Dno. Terre Citerne illiusque perpetuo Gubernatori, qualiter usque adeo aucta sit propter-uitas, et malignitates nonullorum hominum dicte Terre in soluendo, et subeundo onera dicti Comunis, quod etiam recusent, aut saltem differant, et quantum in ipsis est resistant soluere datia, et onera realia, que imponi consueuerunt hominibus dicti loci intuitu bonorum, que tenent, et possidant in d.o comitatu Citerne, illisque gaudent, et fruuntur ad quorum solutionem grato animo, et prompta uoluntate concurrere

una

156v

una cum alijs deberent, ex quorum cessatione plura damna, et inconuenientia tota die persiciuntur in graue preiudicium d.[e] uniuersitatis, idcirco intendens tali abusui occorrere et indemnitati dicti Comunis prouidere supradictus Illmus, et Rmus Dnus Cardinalis Vitellotius uigore sue melioris autoritatis, et precibus magnificorum Dnorum Priorum, et Consiliarorum dicte terre annuens hanc infraptam, et perpetuo ualitura Lege sanciuit, dissposuit, et decreuit.

Quod de cetero omnes, et singuli homines terre predicte teneantur, et obbligati sint soluere cum effectu datia, siue onera realia, et que intuitu bonorum imposuerant per eos, et Libras hominibus dicti Loci, et possessionum dictorum bonorum per prepositos dicti Comunis, et secundum ueterem consuetudinem eiusdem in illis terminibus et dilactionibus qui, et que erunt persiniti, et persinite, et banna publicis intimatis dictis soluere debentibus, et quatenus soluere cum effectu recusauerint, uel procrastinati fuerint per dies XV. tunc proxime futuros à die presenti termini, et intimati, ut supra decursis, tunc, et eo casu incurrant, et intelligantur, et sint tales insoluentes, et diferentes solutionem quarti pluris illius in quorum restant debitores dicti comunis ex causa datij predicti, absque aliqua alia declaratione facienda comunis, et eius Camere applicandi, et applicati, quam penam quarti pluris una cum omni residuo soluere cum effectu teneantur infra terminum unius mensis post lapsum dictorum XV. dierum incipiendi et finiendi ut sequitur sub pena pred.[e] et amissionis illorum bonorum quorum tale intuitu d. datium impositum fuerit semel, uel pluries, et fructum illorum applicandi Camere dicti Comunis, itaque in dicto casu sindacus d. Comunis pro tempore existens, et Camerarius eiusdem teneatur, et possint absque tela iudiciaria de facto, et solum cum aliquo Curie mag.[ci] d. Comissarij executore capere tanta dictorum bonorum pro Comuni, illaque, et dislocare, et fructus dictorum bonorum percipere, et in utilitatem

di.

d. Comunis convertere donec, et usque quo dnii dictorum bonorum realiter
eorum contumaciam purgauerint solutionem totius debiti, illorumque
què decorsi ex causa datij siue datiorum impositorum, vel impo=
nendorum fructibus nullatenus inferre, et capitale computandis, et
applicandis Comuni, ut supra, et quatenus prefati Sindacus, et Camera-
rius fuerint negligentes in capiendo, et locando predicta bona infra
terminum duorum mensium incipiendorum post mensem, ut supra prefixum,
quod dicto casu quilibet ipsorum incurrat penam amissionis sui
salarij ipso Jure, et facto, absque alia declaratione et iudicem
faciendorum applicandorum prò dimidia Camere Comunis Terre Citerne, prò alia
dimidia executori realiter cum effectu exequendi, et quod in exi-
gendo datia predicta d. Vicarius terre Citerne possit, teneatur et de-
beat executiue procedere, et sine processu aliquo, et nullas
excetiones admittere requirentes ulteriorem, et longam indaginem,
nec etiam exceptionem consensationis sui crediti, nisi in libro exactio-
nis datij predicti fuerint descripti creditores dicti Comunis iuxta
veterem consuetudinem Civitatem Citernen.

Item volens, et satagens prefatus Illmus, et Rmus dnus prouidere quan-
tum in se est damno, et preiudicio dicti Comunis, quod tota die
incurrit ex defectu non reddite rationis Camerariorum illius
cum restitutione reliquorum, illosque metu pene facere prom=
ptiores ad restituendum reliqua, decreuit, et ordinauit, ut
supra, ad omnes, et singuli Camerarij dicti Comunis presenti quo-
rum ratio reuerà est et calculata teneantur, et debeant infra
duos menses proximè futuros à die publicationis presentis legis, et
decreti remisisse, et redidisse Camerario Comunis pro tempore exis-
tente omne, et totum id in quo fuerit, et sit in remissione sui
introitus, et èxitus delarati, et declarator debitor dicti Comunis facto
calcolo, etiam reuisione calculatis suis rationibus sub pena dupli

illius

157v

illius, in quo fuerit declarato debitores, uel declaratus fuerit debitor dicti Comunis, posito, et facto calculo applican: pro dimidia Cameræ dicti Comunis, pro alia dimidia executori realiter cum effectu exequenti.

Item quod mag. d.d. Priores pro tempore existentes, Sindacus, et Camerarius eiusd. comunis teneant. et obligati sint, sub vinculo iuramenti, quod prestaturi sunt post finitum, et completum Off.m cuiuslibet Cameraij comunis infra duos menses proxime futuros extrahere reuisores, et calculatores computi, et rationis dicti Comis, et illas fenini facere, et in calculo poni sub pena florenorum duorum pro qualibet supradictorum applinorum per dimidium Cameræ, e pro alia executori realiter exequenti.

Qui Camerarius declaratus debitor dicti Comunis teneat. reddere, et cum effectu remittere totum illud, in quo fuerit declaratus debitor d. Comnis sub pena dupli applicand., ut supra dictum est, de alijs Camerarijs, et infra dictos duos menses, ut supra, singula singulis congruè referendo, in quibus casibus possit, et debeat procedi executivè, et manu, dicit. regia, amissis omnib. subterfugijs, et cavillationib. exceptionib.

Item prefatus Illmus, et Rmus Dnus precibus supradictor. Dnorum Priorum, et prepositorum dti Comnis inclinatus in quantum sit esset occurrere damnis, et Vinearum depopulationib., qd. tam de die, quam de nocte fiunt in Comtu terræ Citernæ, et à personib. et hominib. delinquentib. in premissis sumentibus, ex eo quod nichil habeat in bonis, et ita omes penas frustrant, et parui faciunt pecuniarias, In graue preiudicium d.e Universitatis, et particolarium, et proxime quieti ob dictas causas dannor. dat. in uineis fit uandemia aducc Vuis non maturis, et consegbenter malas, uel saltem non ita bonum Vinum recollogit. et retrahunt. homines à coltura, et positione uinearum, maxime bonum

et

aromatariam Vinum facientium, et alijs de Causis inclinatus, hac perpetua lege sanciuit, et decreuit, et ordinauit, quod de Cetero quicumque masculus, uel femina maior decem annorum damnum personaliter dederit in uineis, aut terris uineatis, à medietate mensis Augusti usque per totum dimidium mensem Octobris cuiuslibet anni incurrat penam scutorum quinque pro qualibet Vue, et qualibet persona dannum dante de die, et noctis tempore incurrat penam scutorum decem applicanda pro uno tertio Camere Comunis terre Liberne, pro uno tertio Executori, per alio tertio Accusatori, etiam quod sit dominus bonorum supra quibus damnum datum fuerit, declarando, quod supra probationem talium dannorum datorum, credi debeat, et possit dicto unius testis, cum dicto accusatoris segreti, aut noti illius iuram.to, et casu, quo talis damnum dans citatus non comparuit, et condemnatus in dicta pena, illam non soluerit infra mensem à die condemnationis sibi intimatæ, quod tunc, et dicto casu fiat executio realis, si ille personaliter haberi, et capi non possit supra bonis mobilibus, et per se mouentibus, et illis non existentibus supra immobilibus capiendo tenutam nomine Comunis dictorum bonorum ex primo decreto subinde ex secundo iuxta terminum iuris, et in euentum in quem dictus delinquens, et condemnatus penam pecuniariam subire non posset, uel non uellet, si personaliter haberi possit loco pene pecuniarie, et ne maleficium transeat in exemplum, si fuerit damnum datum de die in duabus ictibus funis, et si de nocte in quatuor puniatur; absque alia gratia, uel remissione facienda per dictum Vicarium, uel Priores, sed talis remissio, et gratia sit solum pref.o Illmo, et Rmmo Dno reserbata.

Item quod ad solutionem pene pecuniarie, et emendationem damni Pater teneatur pro filio, et filia secum habitantibus; patruus pro nepote, uel nepote secum habitantibus, pater pro fratre simul uiuente, maritus pro Vxore ut supra secum habitante.

Item, quod liceat Dno. bonorum, in quibus d.o tempore damnum datum fuerit, si de nocte depræhenderit damnum dantem in, et super bonis

158v

bonis suis illum offendere impunè usque ad mortem inclusiuè, et sibi auferre arma, et uestimenta prò inditio, et signo maleficij commissi, et probatione delinquentis, illiusque notitia.

Item in huiusmodi maleficijs dannorum datorum in uineis in dicto tempore D. Vicarius prò tempore existens debeat procedere summarie sine figura iudicij sola facti ueritate inspecta, et executionem facere cont. delinquentes iuxta tenores supradictorum postposit. omni cautilosa interpetratione.

Item uolens prefatus Illmus, et Rmus D. Cardinalis consulere honestati mulierum, et Ciuilitati Terrę Citernę rogatus quoque à plerisque honestissimis uiris eiusd. prouida deliberatione decreuit, quod de cętero nulla mulier cuiuslibet conditionis existat maior annorum X incola uel originaria terrę predictę audeat, uel presumat extre domum, ex quà Cadauer offertur funeralib. non completis, sed manere debeat intra domum Orationib. et intercessionibus uacans prò anima defunct. sub pena scutorum duorum auri prò qualibet contrafaciente. Ipso facto exd., ut supra applicanda prò dimidia monastro, et monialib. S. Elisabet dè Citerna, prò quarta parte Rectori exigenti, prò alia quarta accusatori noto, uel oculto, et quod maritus prò Uxore, Pater prò filijs, frater prò sorore, Auus, et Patruus nepote secum habitantib. teneantur.

Vitellotius Cardlis. Vitellus Locotsigli


= Visa C. Eps. Castellanus

= Vrbinus Sacchinus Secret.

Datum Citernę die XI Septembris 1561.

Ego Hortentius Nicolutius Not. Citernen.is finem dedi presenti Statuto per me copiato, et exemplato ab altero Statuto Magcę Comtis Citernę empto à Dno Camillo Rampaccio Noto Citernę hac die XVI Martij 1604 ad Laudem Dei

Et ego Hieronimus Orlandini Ciuis Citernen. et Not. Publicus, in etate costitutus annorum septuaginta septem, et ultra, finem dedi pnti Statuto, per mè diligenter copiato, et exemplato ab altero Statuto Magcę Comtis Citernę, iam ab iniuria temporis male redacto; hac die prima Octobris 1777 = in fidem ad Laudem



160v

SS.mi in Christo Patris D. N. D. Clementis Divina Providentia Papę VIII. super Bono Regimine, et recta administra=tione Reddituum Communitatum, et Univer=sitatum Status Ecclesiastici

CLEMENS EPUS SERUUS SER=VOR DEI.

Ad perpet. Rei memoriam

Pro commissa Nobis à Dno S: R: E: eique etiam in temporalibus subiectarum Civitatum, et Populorum, tutela, paternaquè ergà nostros Subditos caritate precipuo studio tenemur providere, ut ad eos pertinentia bona, eà qua decet, fide, et cura, utiliter, et providè administrentur: presertim verò tollantur pravi abusus, qui in publicum, et comune damnum paulatim irrepunt. Ex quibus, et acthenus gravi ęre alieno communia illorum bona oppressa, vel ab ipsis nostri Pontificatus initio comperimus, et malum hoc, nisi celeriter opportuna remedia adhibeantur, quotidiè in deterius prolabi videmus. Dum enim pauci sua privata comoda, et lucra quęrunt, atquè illicitis modis quod pravè ambiunt, aut concupiscunt consequi affectant, Potentiorum, aut vulgi gratia vanis assentationibus aucupant, suas denique cupiditates explere satagunt, nulla utilitatis publicę ratione habita, Ęrarium publicum ipsarum Civitatum, et Locorum exh=

exhauriunt, gravi ære alieno implicant, inanibus pompis, et ostentationibus dilapidant. Quibus malis, atque incomodis (quantum nostra vigilantia, atque authoritate initi possimus) occurrere cupientes. Hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, et ordinamus, ut, in qualibet Civitate, Terra, Oppido, Castro, et Loco dicti Status temporalis Ecclesiastici universi, ita ut etiam Bononien, et Beneventan nostræ Civitatis sub hac Constitutione sint comprehensæ, Tabella, aut Libellus quot annis initio Anni conficiatur, in quo sumptus omnes Ordinarij, et Extraordinarij publice utiles, aut necessarij sint descriptæ: et earum quidem, quæ certe, et ordinariæ sunt expensarum certa etiam taxa, et summa exprimatur; quæ vero incertæ, et extraordinariæ videbuntur, earum universæ summa aliqua annua taxetur, qua toto Anni circulo excedere nequaquam liceat; sigillatim vero pro rei indigentia, et universa summa sic taxata à toto Consilio, cum interventu Præsidis, Gubernatoris, aut Potestatis, portiones necessariæ infra annum detrahantur, eaque Tabella, aut Libellus per Gubernatorem, seu Præsidem Provinciæ, aut Civitatis, et cujuscumque Terræ, Oppidi, et Castri Prætorem, seu Potestatem singulis Annis: hac vero prima vice non solum ab ipsis, sed etiam post eos intra triginta dies tunc proxime sequentes à dilectis filiis S. R. E. Camerario, et Thesaurario Generali Cam: Apostolicæ accurate, et diligenter inspiciatur, corrigatur, et approbetur expunctis inde iis omnibus impensis, quæ præter, aut contra hanc nostram Constitutionem, etiam ex Statuto, vel consuetudine antiqua fieri solebant, ac retento ipsius Tabellæ, seu Libelli exemplo, seu Registro penes Cam: Apostolicam gratis, et absque ullo earumdem Communitatum, seu Universitatum dispendio, statim intra decem dies ab ipsis receptionibus die numerandos, sic revisa, approbata, et correcta, ad ipsas Communitates, seu Universitates remittatur.

Ubi=

